

vult reuocari donationem per. l. si vnquam. C. de reuo. don. per talem legitimatum, vnde si talis legitimatio tollit ius quæsitum donatario tanto magis auferre debet ius quæsitum substituto, vnde remanet primum fundamentum relatum superius inconcussum.

17. † Secundò confirmari videtur hæc conclusio pro legitimatis aduersus substitutum. Nā verba, si decesserint sine filiis legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio, de quibus agitur, posita fuisse videntur ad exclusionem legitimatorum aliter quā per matrimonium, puta per rescriptum principis, vt in illis verbis si decesserit sine filiis ex se legitimè descendentibus, tradunt Moder. Galli in apostil. Alexandr. in dicto consil. 5. vol. 7. meritò non interest testatoris, an admittantur potius nati ex legitimo matrimonio, quales sunt post illud nati, vel prius editi per illud sequens legitimati, de quibus agitur in casu nostro.

18. † Tertio considerandum est, hic non adesse verba quæ ad natiuitatem referantur, quoniam mētio de filiis legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio, conuenire videtur etiam legitimatis, qui dici possunt legitimi ex matrimonio uerè & propriè, si non ob natiuitatem, saltem ob legitimatorem, nec licere debet supplere verbū, natis, in euerfionem sensus testatoris, vt per Bal. in l. præcibus. C. de impub. cum enim substituerit legitimos ex matrimonio, & tales sunt ex eo legitimati, non licet ad natos ex eo solum confugere, & ob id Decius consil. 155. in finalibus verbis distinxisse videtur, vtrum testator dixerit de filiis legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio, an verò etiam addiderit verbum natis.

19. † Quarto, posito quòd & illud verbum natis, esset expressum, tamen adhuc his legitimatis ex sequenti matrimonio verba conueniant, nam subsequētia matrimonii tollit omnia vitia præcedentia, ut per glo. communiter receptam in d. c. tanta. meritò dicti filii censentur legitimè nati quòd ad omnia, de quibus per 20. Ias. consil. 168. num. 6. volum. 3. † Item quia legitimatio per sequens matrimonium dicitur fieri per fictionem translaticiam, nam matrimonium retro trahitur & fingitur contractum ante natiuitatem filiorum, & filii censentur nati tunc tempore contracti matrimonii, ut tradit Abb. in d. c. tanta. col. 2. Præpo. in c. lator. col. 5. eo. tit. Ias. in d. consil. 167. col. 4. Soc. Inn. consil. 33. col. fin. vol. 3. & Angussolius consil. 74. col. 2. lib. 6.

21. † Quintò videtur, quòd isti filii verè & naturaliter legitimi dicantur secundum legem naturæ, quæ nullam decessionem introduxit filiorum, sed legibus & Principum constitutionibus id factum fuit, ut habetur consil. 3. collegii Patavini primo Tomo vltimarum voluntatum num. 57. Item secundum leges principum quæ legitimatōnes inuenerunt. S. fin. inst. de

nup. quæ licet fingendo, uerè faciunt, ut per Tiraquel. in tract. de mort. fais. 6. decla. 2. part. nu. 7. & in d. consil. nu. 48.

22. † Sextò videtur istis filiis optimè deseruere, nam lex appellat eos procreatos ex matrimonio, casus est in l. cum quis. ad fin. C. de nat. lib. ibi (sed qui ex eisdem matrimoniis procreati sunt) & cum matrimonium cōtrahitur, tūc legitimi nasci dicuntur, ut tradit Cin. l. nu. per. C. eo. tit. nec illa uerba referenda sunt ad natos tantum post matrimonium. Quoniam Iustinianus vult, ut omnes filii sint in patris potestate, & ea utitur ratione, quòd qui ex istis matrimoniis nati sunt, simili debent perfrui fortuna, vnde si & ad ante natos hæc clausulam non referamus, inepia redderetur ratio Iustiniani, qui vult ideo priores posterioribus æquales esse, quia ex eodem matrimonio nati sunt, & illum textum perpendit ad hæc quæstionem Angussol. in dicto consil. 74. dicens quòd ibi tam legitimati per subsequens matrimonium quā nati post contractum matrimonium appellantur procreati ex eisdem matrimonio, sic quæ deciditur ibi quæstio nostra.

23. † Vltimò videtur hæc conclusio pro legitimatis pluribus probatisimorum virorum auctoritatibus esse suscipienda, quos ad plenum congerunt Roland. à Valle consilio fin. num. 18. volumine secundo, & Petrus Duenas in suis regulis. regula 350. num. 8. quibus addendus est Salyc. in l. si totas. C. de inoffic. donat. Boer. decif. 159. nu. 5. post Bal. consil. 328. punctus. vol. 2. in antiquis. Butri. in d. c. innotuit. & D. meus Riminal. consil. 8. num. 13. qui dicit habere consilium Alexandri penes se, tenentis hanc opi. Et Petrus Duenas allegat aliquos qui testantur hanc esse communem, meritò sequitur ex prædictis, quòd periculosa reddi videatur intentio Do. Iacobi agentis ex fidei commissis memoratis aduersus dictos filios D. Pauli.

24. li. † Nec videtur eis quicquam repugnare, quod D. Paulus eorum pater esset clericus in minoribus constitutus, nam nihilominus bene potuit per subsequens matrimonium filios suos legitimare, prout tenet Ioann. Andr. in d. Reg. sine culpa, quem sequitur Bald. & Ang. in l. Paulus. ff. de sta. ho. Bal. in d. S. naturales, col. 2. vers. quæro an natus. num. 9. & ibidem Affli. not. 5. num. 38. loquens etiam de beneficiato, Dec. consil. 155. colum. 1. Butri. in d. c. tanta. & post eum Præpos. num. 12. per tres col. Didaci in 4. decretal. 2. parte col. 8. §. 2. nu. 5. loquens de beneficiato. Meritò dicti filii videntur omnino capaces honorum, de quibus agitur, & admittendi remoto D. Iacobo substituto.

25. † Istis tamen minimè refragantibus in fauorem D. Iacobi libentius & pro ueritate descendo, pro quo respondit in terminis Cephal. conatus meus in consil. 276. ut per eum, de quo prout opus erit inferius mentionem faciemus & ut nihil omittatur eorum, quas sæpius scribēs

in

in hac causa deduxi. Dubia redditur in primis intentio dictorum filiorum super allegato matrimonio. Nam ad illud iustificandum nõ nullos testes induxerunt isti filii, sed tamen illud (mea sententia) nõ probarunt, primus enim, secundus & decimus deponunt de auditu tantum dicti matrimonii contracti inter D. Paulum & D. Lauram, vnde succedit notabile dictum Ful. cõs. 77. col. 2. vers. ad quartum. quæ refert Cur. Iun. consil. 17. in princ. quòd ex quo testimonium de auditu fundatur in priuilegio siue iure specialiali, facilius prosteritur, si in aliquo deficiat, iux. tex. in l. eius militis. §. militia missus. ff. de

26. test. mil. † vnde Cur. Iun. infert se putare, quod in casibus, in quibus admittuntur testes de auditu, necesse est, quòd saltem nominent duos à quibus dici audiuerunt, vt videatur, an dictum suum habeat auctores fide dignos nec ne. licet ex quadam. & ibi not. Abb. & Mode. de testi. sequitur Natta consil. 170. num. 5. meritò subdit Cur. Iun. quòd cum testes in casu suo non nisi vnum nominarent à quo dici audiuisent, non probare intentionem producentis, atque idem Cur. Iun. consil. 52. col. 3. simpliciter dicit, matrimonium non esse concludenter probatum, quia multi testes deponunt de auditu, at hic primus & decimus nullos nominat, secundus unum tantum † quod non sufficit, cum

27. saltem duo requiruntur à quibus audiuerit alios non probat, vt & ante Cur. Iun. uoluit Innoc. in c. ueniens. & in c. quid per nouale. de ver. si. Aret. in c. tam literis. co. fi. de test. Soc. in l. Gallus. §. ille casus, ad fi. ff. de lib. & post. Aret. in d. c. licet ex quadam. col. 1. Corn. consil. 78. col. 3. consil. 146. col. 2. vol. 3. Ripa. in l. 1. n. 88. ff. si cer. pe. post Fel. in c. cum causam, col. 2. de

28. prob. Ceph. consil. 250. nu. 22. † qui plus subiungit, nec sufficere, si testis dixerit, audiuisse ab uno, quem nominet, & subiungat, & ab aliis pluribus, quos tamen non nominet, ut per Corn. in dicto consil. 78. nu. 7. & hoc etiam si non fuerit interrogatus à quibus audiuerit, nam ipse debet id exprimere. Natta consil. 170. num. 5.

29. † Rursum oportet, quòd testes de auditu nominent non tantum plures personas sed eandem à quibus audiuerint non autem diuersas, alioquin dicerentur singulares & nihil probarent, ut declarat Cor. in allegato consil. 78. num. 7. post Bald. in l. fi. 15. oppo. C. de edic. diui Adr. Alex. consil. 82. colum. 2. ver. & per hoc inferitur vol. 1. Dec. consil. 321. num. 2. ver. præterea.

30. Cra. in tract. de anti. temp. 1. par. nu. 310. † Deum uerò testes de auditu debent esse graues, & bonæ famæ d. c. licet ex quadam. Cor. d. consil. 78. col. 4. Soc. consil. 47. col. 2. uol. 4. Dec. consil. 321. sub. nu. 11. ubi dicit, sic esse articulandum & probandum. Quod confirmat Cephal. in d. consil. 250. nu. 27. † Nam in probatione extraordinaria, prout est ista, testes esse debent omnino exceptione maiores, ut tenet Dec. consil. 105. nu. 4. ver. tertio responderetur, & plenius in c. 1.

num. 14. de app. vnde cum non concurrant hæc in testibus prædictis, non probant intentionem reorū. Sed nec vndecimus & duodecimus probant allegatum matrimonium, licet dicat vnus quisquis eorum, quòd scit, uidit, cognouit, audiuit, & intellexit, inter Do. Paulum & Do. Lauram contractum fuisse matrimonium. † Nā interrogati de causa scientiæ eam non reddunt, sed dicunt se non recordari, meritò non probant. Glo. Et Doct. in l. solam. C. de testi. Bald. consil. 219. testes. vol. 3. consil. 385. ex quadam scriptura, vol. 5. Abb. consil. 105. col. 2. vol. 1. Ias. in l. fin. col. 1. ff. de offi. proc. Cæs. † Immo tales testes non assignantes causam scientiæ dictorum suorum dicuntur deponere ut pecora non vt homines, Bal. in l. edita col. 32. C. de eden. quem refert Alex. consil. 150. col. fin. vol. 6.

34. † Secundò, posito quòd dictum matrimonium probaretur, tamen ex eo dicti filii dici non possent legitimati: quoniam proponitur eorum matrem fuisse uilis conditionis, nec talem, cū qua D. Paulus nobilis & diues de honestate & secundum bonos mores ciuitatis potuerit matrimonium contrahere, quo stante non sequitur legitimatio filiorum quòd ad successionis effectum, nedum enim requiritur, quod matrimonium de iure contrahi potuerit, verum etiam de honestate, ita tradit Ang. in §. sed & aliud. in auth. qui b. mod. nat. eff. leg. dicens quod ita uideatur de facto seruari † in iustitq; aduocatum cōtra filios naturales, qui dicunt se legitimatos per sequens matrimonium, & subinde præterdunt se succedere debere, ut inspiciat, an mater eorum fuerit matrimonio digna habito respectu ad conditionem suæ personæ & ad conditionem sui amassii. Idemque tradit Bald. in aut. Item si quis, secunda C. de nat. lib. ponderando verba (poterat esse vxor) intelligendo de iure & de facto secundum naturam, & secundum bonos mores, aliàs non fieret legitimatio, ut ille concludit. Et idem uoluit Gl. in authen. quib. mod. nat. eff. leg. §. fit igitur. in ver. permittimus. & post eam Bal. in c. Illud. de præsum. dicens quod si talis sit mulier, quam possit quis commodè in uxorem habere, per matrimonium tantum filios legitimari: sic enim uult à contrario sensu, quod si talis sit mulier, quæ commodè in uxorem haberi non possit, filii per tale matrimonium sequens non legitimantur, vt eam deducit Cur. Iun. consil. 136. nu. 10. & Veronensis cautela. 250. debet scire, in fin. & cum prædictis tenet etiam Bald. in l. 2. 9. oppo. C. quib. res iud. no. Card. Alexand. in d. c. tanta. quæst. 16. ver. aduerte ad hoc. & Præpos. col. penul. Picus in l. Titia cum testamento. S. Titia cum nuberet, num. 52. ff. de leg. 2. Cagnol.

36. in l. si qua Illustris. num. 5. C. ad orfi. † Marti. Lauden. in sua disputa. inci. Augerius. col. 23. dicens hanc esse magnam limitationem & singularem ad c. tanta. qui fil. sint leg. Ioan. Lup. in c. per uestras. de don. inter uir. in notab. §. 7. col.

col. 2. qui concludit, dictum Angeli esse satis  
singulare, & mirabiliter limitare textum in d.  
37 cap. tanta. t. Ruin. conf. 2. 11. num. 10. volum. 1.  
confil. 92. num. 16. ad fi. uol. 3. confil. 5. 1. num.  
8. vol. 5. dicēs Angeli dictum à nemine impro-  
batum reperiri, sicut & Mantua confil. 38. num.  
1. 1. vol. 2. Aldroband. in §. fi. infli. de nup. sub  
nu. 1. 2. Soc. Iun. confil. 5. 2. nu. 2. vol. primo, qui  
testatur hanc esse communem, merito nefas ef-  
se ab ea in iudicando recedere, demumque Ce-  
phal. conf. 186. nu. 26. & in hac causa. confilio  
38 276. nu. 19. † & horum patrum sententia cō-  
firmatur præter eos ex his, quæ scribit Bar. cōf.  
120. Verucius Corraducii. & in q. 1. habeo fi-  
lium naturalem. col. pen. ubi circa dispositio-  
nem auth. Item si quis, secūda. C. de natur. lib.  
quæ uult, quòd quando pater habet filium na-  
turalem, quem filium suum in testamento suo  
nominat, refultat legalis legitimatio dicti filii,  
requirit Bar. quòd debeat esse talis concubina  
mulier illa, cum qua secundum bonos mores ci-  
uitatis honestè potuisset contrahi matrimoniu  
secus autem si uilis esset conditionis, nec po-  
39 terat esse uxor secundum bonos mores † non  
enim possumus, quòd honestè non possumus. l.  
filii. ff. de cōd. inst. l. nepos Proculo. ff. de ver.  
fig. & ut ibi latius per eum, quem sequitur Bal.  
in d. c. innotuit. col. pen. dicens q̄ non somnia  
uit. Omne enim, quòd non potest fieri sine bla-  
simo bonorum virorum, dicitur esse taliter qua-  
liter præter bonos mores, at bonum nomē por-  
tare & famē studere congruit bono uiro. l. facta  
§. in danda, cum sequen. ff. ad Treb. quia dulcis  
& suavis est sonus bonæ famę, ita Bal. eleganter  
ibi. & hæc opi. tenet in super Oldra. confil. 196. &  
Ang. in §. ad hæc, in auth. ut lic. ma. & auia, di-  
cens, quòd ita consuluit Bar. ( prout patet in  
d. confilio 120. ) Et Franci. de Pisis Do. Ang.  
de Aurelianis. & D. Hugolinus. sicut & Curt.  
Iun. in d. confil. 136. num. 11. vnde sic & in legi-  
timatione per sequens matrimonium seruian-  
dum est: quia ita est legitimatio legalis indu-  
cta factō patris uno casu sicut in alio. vnde idē  
ius esse debet in utroque casu l. illud. ff. ad leg.  
aquil. l. à Titio. ff. de uerbo. oblig. cum vulgari-  
40 bus. † Non omitto tamen, q̄ aliqui conantur  
prædictam cōclusionem mirum in modum ani-  
hilare. & Angelum eam tenentem impugna-  
re Nicolaus enim de Vbaldis in tract. de succ.  
ab intest. co. mihi. 18. num. 62. dicit, satis sibi vi-  
deri durum, quòd inquit Ang. videlicet quòd  
matrimonium cum muliere meretrice, vel vi-  
lissimæ cōditionis non legitimet sobolē prius  
conceptam; aut enim præsupponit Ang. matri-  
monium tenere cum tali muliere, & tunc per  
rationem. c. tanta. qui fil. sint. leg. quòd confide-  
rauit, an tempore coitus potuerit esse matrimo-  
nium, & nihil aliud, dicendum est filios legiti-  
41 mari. † Aut uerò supponit Ang. matrimonium  
non valere cum tali muliere, & tunc licet iure  
c. uili id uerum sit: quia prohibitum est interta-

les. l. humilem. C. de incest. nup. tamen de iure  
Canonico, quòd sequendum est c. pen. & fin.  
de secun. nup. tenet; quia & cum serua scienter  
contractum tenet. c. proposuit, & c. fi. de coniu.  
seruo. & cum meretrice. c. inter opera. de spon.  
c. integritas. §. fin. 32. q. 1. Immo uero merito-  
rium est, ut ibi dicitur. merito proles suscepta  
42 debet legitimari. † Quinimò subdit Idē Ni-  
col. de Vbald. q̄ Ang. met. in §. quia uerò, in au-  
then. ut lic. ma. & auia sentit, hanc opi. dum di-  
cit, & inter alios casus nota de eo qui uult per  
matrimonium legitimare filios ex eo natos &  
muliere uili uel meretrice, quia non potest, nisi  
instrumenta dotalia sequantur, sentit ergo à  
contrario sensu, q̄ illis interuenientibus legiti-  
matio filiorum per illud sequatur non obstan-  
te uilitate, uel inæqualitate mulieris.

43 † Accedit & huic sententię Bal. in l. eam quā  
col. 6. uerf. deinde quæro putans. C. de fideicō.  
dicens q̄ per matrimonium sequens possunt  
omnes legitimari præter uulgò conceptos; eo  
quia pater est incertus, sed si esset certus per  
confessionem patris & matris, tunc bene pos-  
set legitimari, ut in meretrice, quæ concepit  
ex Scolari, quam postea duxit in uxorem, & sic  
clare tenet ibi Bald. per matrimonium contra-  
ctum etiam cum meretrice filios antea na-  
44 tos legitimari data corū certitudine † & cū  
prædictis sigillatim relatis residet in super Ias.  
confilio 234. volumine secundo, plus addens,  
hoc esse uerum nedum attentō iure Canonico  
sed etiam ciuili: eo quia etiam de iure ciuili si  
quis contrahat matrimonium cum ancilla uel  
liberta reuenta in cōcubinatu, certè filii prius  
nati legitimantur, etiam quòd ad succeden-  
dum patri. prout est tex. in §. fin. in authen. de  
tri. & sem. & in §. secundo, in authen. ut liber.  
decepte. & tamen ancilla & liberta sunt humi-  
les, & abiectæ personæ d. l. humilem, ergo per  
illa iura de directo confunditur opini. Ang.  
contraria.

Idq̄ postremò confirmat Ias. quia filii Iacob  
ex ancilla nati possederunt regnum & terram  
promissionis, ut inquit tex. in c. recurrat. 32. q.  
4. eo quia Iacob postea contraxit matrimoniū  
cum tali ancilla, & ita legitimauit filios prius  
editos, ut declarat Glof. not. in c. non omnis.  
in ver. constituyente 32. q. 2.  
45 † Sed & ultra Iasonem non omitto Castren-  
sem confilio 85. præsupposito quòd iste pater.  
in anti. colum. 2. qui loquens in terminis Bar-  
toli in legato confil. 120. & quæstionis. 17.  
de nominante filium suum quempiam in tes-  
tamento, quem prius habuerat ex concubi-  
na, qui ex hoc dicitur eum legitimare, authen.  
Item si quis. 2. C. de nat. lib. inquit q̄ quamuis  
de iure ciuili demum hoc procedat, quādo mu-  
lier erat matrimonio digna, secundum Barto-  
lum. Attamē de iure canonico secus est: quia  
contrahere cum tali non reputatur indignum,  
Immo uerò inter opera charitatis connumera-  
tur

tur, capere in uxorem mulierem indigniorem  
d. c. inter opera. de sponf. & cum prædictis etiā  
cōcordat Didac. in 4. decretal. cap. 8. §. 2. nu. 9.  
qui citat in super Ioannem Lupum in c. per ue-  
stras. notab. 3. §. 2. de don. inter uir. ubi tamen  
de hoc non agit, sed contrarium tenet loco su-  
perius à me citato.

46 † Sed & postremò Siluanus confil. 3. nu. 4. r.  
tuetur ac tenet hanc partem, motus ex eo quòd  
apud Deum nulla habetur ratio qualitatis per-  
sonarum c. nouit. de iudi. nec propter impari-  
tatem earum matrimonium reprobatur c. su-  
per eo, secundo, de testi. & cum illud contrahi  
possit etiam cum meretrice & persona igno-  
miniosa l. 3. §. si emancipatus. ff. de contra tab. l.  
cum ita, ubi Bar. ff. de cond. & demon. uideatur  
omnino dicendum, quòd per illud filii prius na-  
ti legitimantur per d. cap. tanta. pascim loquēs  
nec reperitur tex. qui contrarium probet, ergo  
standum est regulæ. l. precipimus. C. de appel.  
47 † Nobilisque mulier satis dicitur honestate  
morū prædita, ut per Bar. in l. fin. C. de con-  
di. in publi. hōr. lib. 10. Fely. in d. c. super eo.  
Bald. & Salyc. in l. humilem C. de inc. nu. & cū  
postremò uideamus in dies contrahi matrimo-  
nia inter nobiles & uiles personas, & tamen legi-  
timari sobolem prius natā, minimè sunt mu-  
tanda quæ longam consuetudinem habuerunt  
l. minimè ff. de leg. † Et ad tex. in §. sed & aliud.  
48 in authen. quib. mod. nat. eff. legi. quò moti  
sunt Ang. & sequaces in oppositum, respondēt  
Veronens. in cautela 250. Iason in dicto con-  
filio 234. Didacusque loco citato, quòd lo-  
quitur in meretrice concubina ibi ( Quæ etiā  
semet ipsam iniuriauit ) & rursus ibi ( per id  
quod peccauit ) & sic dum fuit in concubina-  
tu meretricata fuit, quo casu non est certum  
ex quo uiro proles sit suscepta, secus autem  
quando solum adesset uilitas personæ, puta;  
quia rustica, ancilla & id genus. Quin fortius  
& secundò respondet Siluan. numero 44. quòd  
ille tex. potius probat contrarium, non negās  
matrimonium contrahi posse cum ea quæ in-  
honestè uixit, sed permittens & subinde filios  
legitimari, & electionem dat uiro, ut si id no-  
lit facere eo modo, possit per rescriptum di-  
ctos filios legitimare, sicut & matre mortua uel  
ocultata. & cum prædictis late tenet decif. Se-  
natus Pedemontani. 154. saltem de iure cano-  
nico, cui in materia matrimonii standum est,  
per allegatos ibi per eam, alioquin si secus dice-  
remus ( subdit ) quòd nulli uel pauci per sub-  
sequens matrimonium filios legitimarent:  
quoniam mulier ubi præter figuram matrimo-  
nii cum uiro rem habet, inhonestè uiuere di-  
citur, & ob id uilis in iure reputatur. l. si vxor.  
ff. de adul. Matef. notab. 100. nota q̄ concubi-  
na. Ang. in §. consideremus, col. 3. in fin. in aut.  
de tri. & se. sicque superflua redderet disputa-  
tio, nunquid honestè potuerit contrahi uel nō  
matrimonium cum concubina, nam nunquam

posset honestè, demumque cum Siluano testa-  
tur ut plurimum consuetudine receptum esse,  
quòd etiam nobiles contrahentes matrimo-  
nium cum propriis concubinis, filios antea na-  
tos legitimos efficiant.

49 † Sed hæc à communi sententia me nullatenus  
retrahere possunt, aut deuiare, licet enim  
concedam matrimonium cum serua uel etiam  
cum meretrice contractum ualere per iura ci-  
tata per Nicolaum de Vbald. & in super etiam  
de iure ciuili filios natos ex ancilla uel liberta  
legitimari per sequens matrimonium, etiam  
quò ad successionem, ut Iason dixit in dicto  
confilio 234. nec propter imparitatem perso-  
narum matrimonium improbetur, ut inquit  
Siluanus. Attamen tantum a best, ut concedā  
dictos filios legitimari per sequens matrimo-  
nium contractum cum muliere uili uel indig-  
na uiro ad succedendum in bonis fideicom-  
missi dispositi per alium quam eorum patrem,  
sed tantum quò ad succedendum in bonis suis  
propriis, & ita propriè loquuntur iura citata  
per Ias. uidelicet §. fin. in auth. de tri. semi. ibi  
( & ab intestato hæredes genitori ) & in §. 2. in  
auth. ut liber. de cetero. ibi. ( & sui & patris suc-  
50 cessores ) † Quod etiam confirmatur exemplo  
legitimationis per rescriptum, quæ licet fieri  
possit uiuente patre agnatis non citatis quan-  
tum ad bona ipsius, de quibus pro libito pote-  
rat disponere, ut declarat Bar. in l. Gallus. §. &  
quid si tantum. col. pen. ff. de lib. & post. quæ cæ-  
teri sequuntur ibi. tamen secus est quò ad bona  
subiecta fideicommissis, & in quibus pater graua-  
tus est: non enim ualeat talis legitimatio in præ-  
iudicium substituti non citati, cui ius in spe p-  
babili quæsitum fuit illo grauato decedente,  
stante morte testatoris sic cum grauantis: non  
potest enim grauatus ius fideicommissi subuer-  
tere per talem legitimationem: esset enim ista  
quædam species alienationis rerum fideicom-  
missis subiectarum, cum per ipsam legitimatio-  
nem in alium deuoluerentur, quàm testator di-  
spouerit, contra aut. res que. C. com. de leg. ita  
Petr. de Anch. cōf. 427. circa primū quæsitum.  
in 2. dubio, quæ sequitur Alex. cōf. 68. cōsidera-  
tis, in secundo dubio, & cōf. 94. cōsideratis his  
vol. 1. Dec. cōf. 55. col. 1. & 2. & latius conf. 425.  
columna 3. late Paris. confilio 9. numero 29. &  
30. uolumine secundo, Ruin. confilio 3. colum-  
na 3. uolumine primo, repentes in dicto §. &  
quid si tantum. potissimè uerò Soc. colum. pe.  
51 in fi. uerf. quartum corollarium, † ubi dicit, q̄  
illa cōmunis conclusio, quæ tenet, legitimatū  
excludere substitutum, declaranda est & intel-  
ligenda procedere, si citatus fuerit substitutus  
aliās secus, & subdit quòd ita tenuit in indiui-  
duo Franc. de Rampo. & alii quos ibi citat. Se-  
52 quitur Gallia. numero 82. & sequenti. † Sed  
& alio exēplo persuaderi potest declaratio mea  
de qua supra, quòd ponunt Gemini. & Imol. in  
c. grandi, de suplen. negli. præla. in sexto, & ad  
Hipp. Rimi. T. Secundus T t rem

rem nostram deducit Dec. in allegato consilio 55. columna secunda, ubi dicunt, quod primogenitus naturalis non potest ad instantiam patris legitimi ad hoc, ut secundogenitus legitimus excludatur, nisi fuerit requisitus secundogenitus stante consuetudine, quod non extantibus legitimis & naturalibus deferatur regimen proximioribus; quia non erat in potestate patris legitimis auferre ius succedendi, quia lis erat secundogenitus vigore dictae consuetudinis remoto primogenito non legitimo, & illam decisionem refert & sequitur Alex. in dicto S. & quid & si tantum, colum. pen. parique modo Ias. in prima lectura colum. 18. versic. primo limita, & in secunda lectura colum. 14. versic. limita istam conclusionem, Ruin. colum. penul. Alexand. consilio 25. colum. 3. versic. ad predictorum confirmationem, consilio 68. colum. 4. versic. iuuatur ista conclusio, & consi. 94. col. penul. versic. 7. confirmo. volum. 1. quibus in locis istud singulare reputat & notabile, & idem Dec. consi. 85. colum. pen. postremoque Tiraquel. in tracta. de iure primige. q. 34. num. 48. & per me superius in consi. 46. nume. 65. unde sic & in legitimatione per subsequens matrimonium facta per grauatam fideicommissio mortuo iam testatore, dicendum est, quod non praesumat substituto, cum non debeat esse in potestate grauari per talem legitimationem ius fideicommissi subuere. † & secundum hanc interpretationem plane iudicari potest declarari textus in d. c. tanta. cum ibi & alibi notatis, quod tanta uis est matrimonii, ut antea geniti, post illud contractum legitimi habeantur etiam quantum ad successionem, videlicet in bonis paternis, secus in fideicommissio subiectis, in quibus ab alio grauatus est eorum pater: nec enim inconueniens est, quod ius canonicum quamuis generaliter loquens limitetur & distinguatur per ius civile † quia canones non dedignantur sacras leges imitari. cap. 1. de no. oper. nuncia. & iura canonica debent cum iuribus civilibus concordare. c. cum expediat. de electio. & ita ad aliud propositum Iason arguit circa d. c. tanta, in d. consi. 234. colum. 1. uolu. 2. hincque tollitur, quod dicebat Siluan. in dicto consilio tertio, quod ille tex. indistincte loquitur: quia sic distingui debet. Eodem plane modo potest intelligi decisio Angeli in S. quia uero. in auth. ut lic. matr. & au. & Baldi in l. eam qua. 54. c. de fideicom. † & Castr. in d. consi. 85. qui concedunt, legitimationem filiorum fieri per matrimonium postea contractum cum muliere uili uel meretrice, videlicet quod ad succedendum in propriis bonis patris sui, secus in alienis, quibus grauatus iam diu reperitur legitimans ab alio testatore per fideicommissum: hoc enim operatur praesudicium substituti, quod aliam sibi ingereretur, nam in dubio legitimitas sic est interpretanda, ut minus laedat tertium, l. 2. S. merito. & S. si quis a princi-

pe ff. ne quid in loco pub. Ruin. consi. 80. num. 6. volum. 3. Brun. consi. 15. nume. 12. Soc. iun. consilio 63. numero 16. & consilio 110. nume. 26. volum. 3. Cephal. consi. 285. nume. 48. Nec huic conclusioni repugnat decis. Senatus Pedemontani 154. in principio & sine, volens, tales comprehendi in fideicommissio petito ab ab auo relicto & eius esse capaces, nam loquitur quod ad faciendum cessare causam intestati, & sic quod ad exclusionem eorum qui uenirent ab intestato, at secus in casu nostro quod ad exclusionem substituti, & qui uenit ex expressa uoluntate testatoris, siquidem magis expressa nocent quam non expressa. l. expressa ff. de regulis iuris.

56 † Quo uero ad capitulum recurrat. 32. quaestione quarta, de filiis Iacob ex ancilla natis, qui simul cum fratribus natis ex libera nati & terra promissionis possederunt, non illa tuit ratio, quam Ias. sibi confinxit in dicto consilio 234. post glo. in c. non omnis, 32. quaestione 1. quia per sequens matrimonium fuerint legitimi: sed quia ex femine uerbi Dei nati sunt, quod figuratur in Iacob, ut in specie dicitur text. in d. c. recurrat, & sic casus ille specialis non est ad consequentias trahendus. l. quod uero. ff. de legib. nam de caeteris filiis ancillarum secus dicebatur, ut refert ille textus ibi. (Eice ancillam & filium eius) † Et ad cap. nouit. de iudic. quod apud Deum non habetur ratio personarum, ut dicebat Siluan. in dicto consi. tertio, respondetur. ut per Abba. quod procedit quod ad correctionem peccati, vel ut Ancharan. & Imola tradunt, quod ad iustitiam ministrandam, sed non inde sequitur, ut omnes passim legitimentur per sequens matrimonium in succedendo in bonis fideicommissio subiectis per superius dicta.

58 † Ad ultimum uero dictum Siluani de usu quotidiano, cui pariter adheret decisio Senatus Pedemontani. praesallegata. contrarium testatur Angel. in dicto S. sed & aliud. in authen. quibus mod. nat. eff. leg. cui magis quam Siluano credendum est, uel in illud saltem incidimus, quod si uario modo obseruatum fuerit, consuetudo adduci non potest, & a iure scripto non debet recedi, ut not. Bar. in l. 2. in prin. ff. sol. mar. Dec. consi. 8. nu. 4. consi. 129. col. 2. Craue. consi. 96. col. 2. aut si soboles legitimatur & succedit id contingit: quia non patitur controuersia legitimatorum, uel non extantium, uel id tolerantium, quibus dissimilis intendit esse D. Iacobus & quod inquit illa decisio Sena. Pede. de disputatione uana & superflua, non est uerum: quia doctores considerat utilitatem mulieris respectu familiae suae inaequalis & abiectione quod ad familiam uiri longe digniorem, non autem respectu uitae concubinalis & inhonestae, ut ex eorum dictis patet. quo casu quaestio non est superflua quia bene dari possunt concubinae pares familia uiro, seu parui distantes, ut experientia docet Postre-

Postremo, positio quod Doctores plerique concedant legitimationem induci de iure canonico in quocumque matrimonio licet illicito propter imparitatem, quos enumerat Gabriel. Roman. in suis conclusionibus in tit. de legitima. lib. 6. conclud. 1. num. 50. tamen, ut ille subdit, in materia successionum, in qua attenditur ius ciuile, illa opi. non seruaretur, ut per Cy. in l. & si contra, in fine. C. de nup. unde quia sumus in hoc casu, uiget adhuc conclusio Angeli & sequentium, de qua supra. † Postremo uero, positio quod intellectus datus per Veronens. & sequentes ad d. S. sed & aliud. procederet de concubina meretrice, & in alialicet uili & abiectione muliere postea in uxorem ducta legitimitas filiorum procederet, aut alius nouus, quem confutatis aliis ponit Emanuel Costa in l. Gallus. S. & quid si tantum, secunda par. num. 105. ff. de lib. & posthu. tamen hoc intelligi debet quod ad succedendum in bonis patris, non autem fideicommissio subiectis, per text. in d. S. fina. in auth. de tri. & sem. & in S. 21. in auth. uel lib. de eate. quos superius induxi, qui illum. S. sed & aliud. & si qui sunt alii, glossare debent. Et ita tandem remanet secundum fundamentum pro substituto factum superius, optime defensatum, sicut & est passim receptum.

60 † Tertio in hanc partem me trahit mens testatorum, quae totum facit, l. in conditionibus. ff. de condi. & demonstr. cum enim D. Iacobum D. Paulum substituerint, si decesserit sine filiis masculis legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio, utique illa qualitas ex legitimo matrimonio, appositae in conditione, dicitur appositae, ne nati ex legitimo matrimonio (qualis est D. Iacobus) a fideicommissio excluderetur per filios legitimatos, & sic uidetur intentio testatorum fuisse uelle natos ex legitimo matrimonio praefereudos esse filiis legitimis. ita formaliter argumentatur Soc. consi. 63. col. 12. uer. postremo ad minus. volum. 3. prout & in alio casu simili Goz. consi. 29. num. 28. dicens quod si testator substituisset casu quo quis decesserit sine filiis legitimis natis, substitutus admittetur ex expressa uoluntate, non autem legitimatus, & hoc idem pulchre considerat Soc. iun. consi. 39. nu. 42. uolumi. 3. dicens quod si testator restrinxit successionem ad natos de legitimo matrimonio, uoluit excludere natos ex illicita coniunctione, etiam quod postea legitimentur ad reprimendas fornicarias coniunctiones & prauos & illicitos coitus suorum descendentiu ut sic ipsi matrimonia contraherent cum nobilibus haeminiis, & inde postea digna proles, & honorabilis proueniat, ad quam & modum nascendi naturaliter & legitime testator habuit respectum.

61 † Quarto mens quod testatorum magis augetur, nam non fuerunt contenti dicere, si decesserint sine filiis legitimis & naturalibus, sed addiderunt ex uerbis ita geminatis, ex legitimo

matrimonio, quibus clara uoluntas elicitur, legitimos per sequens matrimonium excludendi, ut in terminis tradit Rui. consi. 92. nu. 14. uolu. 3. Dec. consi. 155. in finalibus uerbis. Asti. in c. 1. S. naturales. notab. 5. num. 19. si de feud. fuer. contro. Grat. respon. 65. nume. 48. volum. 1. Cephal. consi. 111. nu. 14. & in praesenti causa consi. 276. nume. 79. Bucchi. ante praedictos in c. per uenerabilem. colum. 15. versic. Quid si dixit sine filiis. qui fil. sint leg. Soc. iun. in consi. 12. col. si uol. 4. Rol. a Valle consi. si nu. 16. uolum. 2. & Berol. consi. 167. colum. 1. & secunda, uol. 2. qui passim considerant praedictam geminationem uerborum, dicuntque in hoc casu neminem esse pare sed communiter conuenire tanquam clauo & aperto. Nec istud fundamentum bene distuellit Angustolius in allegato consilio 74. si dicta sua cum dictis Ruini diligenter conferantur.

62 † Quinto praedictis accedit, quod eadem uerba testatores replicarunt in aliis sequentibus substitutionibus, unde deprehenditur magis enixa uoluntas sua, substitutos admittendi exclusi legitimatis quibuscumque, prout formaliter arguit Paris. consilio nono, nume. 42. consilio duodecimo, numero 145. uolumine secundo. Mantua consilio 38. numero duodecimo, & 13. volum. secundo.

63 † Sexto corroboratur haec conclusio, nam procedunt a pari, quem dicit legitime natum, uel ex legitimo matrimonio: sic enim simul exemplificat Cur. consilio 35. numero 21. Durantes de arte testandi titulo quinto, cautela 15. columna secunda, & clarius Cur. iun. consilio 64. numero 112. & Soc. iun. consilio 39. numero 39. uolum. 3. dicunt enim, quod in effectu ista aequipollent, quod fideicommissum fuerit factum per illa uerba, si decesserit sine filiis legitime natis, uel sine filiis legitimis & naturalibus & ex legitimo matrimonio descendentibus, idque probant duo textus simul iuncti & innotuit. & in c. cum in cunctis. de elec. na. textus in c. innotuit. referendo, c. cum in cunctis, utitur uerbo legitime natis, textus uero in cap. cum in cunctis. utitur illis uerbis ex legitimo

matrimonio natis. † At quando testator alii cui fideicommissum iniunxit, si decesserit sine filiis legitime natis, legitimatus non excludit substitutum. ita Baldus in l. Gallus. S. si eius. ad finem. ff. de liberis & posthumis. Angelus in disputatione sua Nobilis quidam genere, columna tertia, cum similibus, de quibus per Alexandrum in l. generaliter S. cum autem. C. de institutio. & substitutio. Dec. consilio 425. Curtius iunior in dicto consilio 64. numero duodecimo. Parisius consilio nono, numero quadagesimo sexto, uolumine secundo, Durantes de arte testandi, titulo quinto, cautela decima quinta, columna penultima, Socinus iunior consilio trigesimo nono, numero quadagesimo tertio, consi. sexagesimo tertio

numero 34. volumine tertio. Cephal. consilio 117. numero 21. Natta consilio 368. colum. 2. & communem testatur Alexander consil. 172. volumine septimo, dicens ab ea non esse in iudicando recedendum, merito nec legitimatus excludere debet substitutum, si decesserit sine filiis legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio natis. † Et licet plerique doctorum loqui videantur de legitimo per rescriptum, & ideo Dec. in dicto consilio 155. in finalibus uerbis, & in dicto capit. cum in cunctis, numero uidecimo, dixit, secus esse in legitimo per sequens matrimonium, citans Butrium in dicto capitulo innotuit, columna secunda, & Castrensem in l. finali. C. de his qui ven. eta. impe. Andream de Isernia, & Affli. in dicto S. naturales, notabili quinto; numero 19. ubi hanc partem tuetur. Attamen si attendatur ratio moriua doctorum post Bal. in d. S. si eius. Quia testator habuit respectum ad modum nascendi naturaliter; & quia testator se retulisse videtur ad legitimitatem secundum tempus natiuitatis, & quod uerba referuntur ad natiuitatem ueram, non ad fictam, ut tradit Butri. in dicto capitulo per venerabilem. numero 17. ad finem, † utique tales rationes manifeste denotant idem seruandum in legitimo per sequens matrimonium, quod in legitimo per rescriptum, igitur idem ius esse debet. Ut formaliter concludit Natta consilio 624. numero 19. Et hoc efficaciter ipse confirmat numero 23. & 26. sicut & in consilio 602.

67 † nam qualitas adiecta uerbo intelligitur secundum tempus uerbi. In delictis. S. si extraneus, ff. de noxalibus. Sed legitimatus per sequens matrimonium non potest dici natus ex legitimo matrimonio, nam ordo est prae-poster. Quia matrimonium, quod est causa legitimitatis, debet precedere, & tamen subsequitur, & sic effectus praecedat suam causam, ut bene perpendit Bald. in dicto capitulo innotuit. vnde hoc non potest fieri per naturam, & licet fiat per fictionem legis, in qua inductum est, quod subsequens matrimonium efficiat filios ante natos legitimis, perinde ac si nati fuissent ex praebulo matrimonio, quod est de natura cuiuslibet legitimationis, ut fingat retro l. finali, ff. de natal. resti. tamen ut hanc fictionem testator excluderet, addidit illa uerba, ex legitimo matrimonio procreatis. † Et ultra Natta non omittit, quod inquit Bal. in capitulo primo, columna 9. de constitutio. legitimationem esse Alchimia similem: quia facit apparere illud quod non est: licet enim legitimatus gerat figuram legitimi, tamen non habet eius naturam, & ideo dicit Butri. in dicto capitulo per uenerabilem, quod legitimitas est quid arduum & monstruosum, ut non legitimus efficiatur legitimus, sequitur Portius Imolenis consilio 106. numero 97. decisiones igitur Doctorum, de quibus supra post Bal-

dum in dicto S. si eius. deseruiunt etiam legitimo per subsequens matrimonium stantibus eorum rationibus, sicque de illo loquitur etiam Baldus in dicto capitulo innotuit. dicto capitulo per uenerabilem. Baldus in dicto S. naturales. & post eum Alvaro. Gozadinus consilio 25. numero secundo. Hostien. in capitulo primo, qui fil. sint legitimi, Lucas de Penna in l. eos. C. de his qui spon. mun. libro uidecimo, dicens quod istam partem putat ueriores Imola in l. lex facta. S. si quis rogatus, ff. ad Trebellia. Andr. Sicul. in l. cum acutissimi. C. de fideicommissis. quos omnes citat Afflictus in dicto S. naturales, notab. quinto, columna secunda. Ruinus in dicto consilio 92. numero 13. post Alexand. consilio quinto, uolumine septimo, & Cur. iunior consilio 64. columna septima, vnde longè plures Doctores aduersantur legitimo per subsequens matrimonium, quando substitutio loquitur de filiis legitimis natis, uel (ut in casu nostro) ex legitimo matrimonio natis, quam quod ei famulentur.

69 † Et ultra praedictos illam rationem Natta, quod qualitas adiecta uerbo regulatur secundum tempus uerbi, merito dicto de filiis legitimis natis uel ex legitimo matrimonio, non uerificatur illa qualitas legitimitatis tempore quo nascuntur, cum tunc adfit coitus illegitimus inter patrem & concubinam, non autem matrimonium, praesens Bald. consilio 206. uideamus, uolum. 2. in nouis, consil. 17. super legitimatione, uolumine quarto, & consilio 367. uol. 5. Alex. in d. consil. 5. uolum. 7. Durantes in dicta cautela 15. ad fi. Alcia. responso 201. numero 51. & responso 666.

70 Non † omitto tamen, ut nihil intactum remaneat, quod idem Alcia. responso 501. dicit ad eam rationem respondere Andream de Isernia & Martinum de Laud. in cap. unico, S. naturales, si de feu. fuer. cont. quod usque à principio natiuitatis filiorum uidetur inesse tacita conditio, ut sint legitimi, si mater desponsetur, quae conditio retrahitur. l. qui balneum. in prin. ff. qui pot. in pig. & ideo facit quod usque à principio dicantur legitime nati, & ista retrahitio conditionis habet locum etiam in ultima uoluntate d. l. qui balneum. S. sed & si haeres.

71 & l. Nerarius. ff. manda. † Sed ego puto tale responsum non esse bonam. Nam tamen si proditum sit, in contractibus conditionem casualem uel mixtam, quae non dependet à mera uoluntate debitoris retrahitur ad diem contractus, dicta l. qui balneum. & l. qui potior. eodem titulo. Bartolus, Alexander, Iason & alii in l. si filius, in principio, ff. de uerborum obligatio. latè Socinus, consilio 41. columna prima, uolum. 4. tamen in ultimis uoluntatibus secus est constitutum, l. 1. S. serui appellatione, ff. ad Sillan. & ibi gl. Bar. Rom. & alii, Bar. in d. l. si filius. & l. si is qui pro emptore, in 5. q. prin. ff. de ufu. & latè ponit utrunque Negus. in tracta.

de

de pignor. primo memb. 5. par. num. 20. & in secundo membro dictae partis ampliatione. 16. † vnde infero, quod cum Andreas de Isernia in d. S. naturales. dicat, de contractu loquens, quado concessum fuit Feudum Titio & haeredibus eius ex suo corpore legitime descenditibus legitimum per sequens matrimonium admittere: quia illa conditio, quae inerat, filium esse legitimum, si mater desponsaretur, retrahitur d. l. qui balneum, potest tolerari de cetero suo. Sed non bene deseruit ad ultimam uoluntatem, de qua loquitur Alciatus in dicto respon. 501. prout nec in casu nostro, cum in ultimis uoluntatibus conditio non retrahatur.

73 † Nec obstat textus in d. S. sed si haeres. quomodo fuit Alciat. sicut & Matef. contra Bar. notab. 196. & Imol. in d. l. si filius. Quoniam respondet ad illum Iason ibi columna 3. quod ille textus non dicit, in legatis conditionem retrahitur, sed bene decidit, quod in pignore praefertur legatarius: quia pro re legata pignori ei prius fuit datum, & ut per eum latus, qui clarius dicere potuisset, quod ibi loquitur de contractu pignoris conditionali cauto propter legatum conditionale, quod denotant uerba textus dicentis. [ Sed si haeres ob ea legata, quae sub conditione data erant de pignore suae rei conuenisset ] in quo contractu conditio retrahitur: quia non sequitur in hoc naturam ultimae uoluntatis. † Ad textum uero in d. l. Nerarius, dici potest, illud esse speciale fauore libertatis constitutum, iuxta. S. si in l. de dona. quare secus regulariter dici debet. l. quod uero. ff. de legib.

74 Secundò potest etiam subuerti responso Alciati, quod cum testator res pexerint ad modum nascendi naturaliter ex matrimonio, & quod originaliter ex illo in specie filii deberent nasci, loquendo de filiis legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio, † legitimitas per subsequens matrimonium non debet retrahitur quantum ad interpretandum uoluntatem testatoris, per ea quae tradunt Bald. Ang. Salic. & Roman. in l. in testamento C. de test. mil. Ang. Imola & Alexand. in l. Lucius. ff. de uul. & pup. numero 17. dicentes quod si testator habens unum filium naturalem tantum, & alterum legitimum & naturalem, eos inuicem substituerit, postea fecerit legitimum naturalem, quod ex post facto non continetur pupillaris in persona naturalis legitimi: quia (ut ipsi inferunt) licet legitimitas retrahatur ad tempus natiuitatis, ut per Bar. & alios in d. S. & quid si tantum, tamen non retrahitur quantum ad interpretandum uoluntatem testatoris. Quare sic & in casu nostro dicendum est, ubi constat qualis fuit uoluntas testatoris, non debet interpretari per retrahitioem subsequentis matrimonii, & cum praedictis etiam consentit Ruin. in di-

cto consilio 92. columna sexta in fin. sicque deficit omnino responso Alciati supra memorata.

76 † Qui non contentus ea, uelut forte sentiens eam non esse tutam, proponit secundam, dicens quod cum lex praesumat usque à principio fuisse matrimonium, filii dicuntur legitime nati propter praesumptionem legis, quae est ueritas. l. fin. ff. de proba. praesumptio autem legis in hoc consistit: quia lex retro praesumit affectionem maritalem & praecedentem intentionem ex sequentibus. Iulianus. S. proinde, ff. ad Mace. merito retro dicitur fuisse legitime natus & procreatus secundum Alci. qui dicit, hanc rationem deduci ex Bald. & Alber. in

77 l. cum quis C. de nat. lib. † Sed & in hac secunda responsione diligentius animaduerti debet quae fallaciam quaedam continet, nam praesumptio cadit super dubio, fictio uero super certo, Glo. est & alii notant in l. unica in prin. C. de rei uxor. ac. Bar. in l. siue possideris. C. de proba. & in d. l. si is qui pro emptore. Ioan. Nicol. in addi. Alci. in tract. de praesum. in prin.

78 † Et ideo dici solet, quod praesumptio cessat, ubi constat de ueritate, sicque sumus in casu certo. l. fin. ff. de proba. Cephal. consilio 289. numero 23. vnde quatenus ad animu uiri, qui concubinam postea desponsauit, quia nescitur & est incertum qualis fuerit ante, uel affectione maritali eam tenendi, uel uti concubinam lex super eo potest praesumere secuto matrimonio

79 quod eam tenuerit affectione maritali, † sed respectu matrimonii secuti, quod certum est, quando contractum fuit, si retrahitur, non est, nec fit per uiam praesumptionis, sed fictionis, ueluti super certo. Nam legitimitas per sequens matrimonium dicitur fieri per fictionem translatiuam: quia matrimonium retrahitur ad tempus primae coniunctionis, sic ut filii dicantur per hanc uiam nati de legitimo matrimonio. ita Docto. in d. c. tanta, & Praepos. in c. lator, col. 5. eod. tit. Soc. Iun. consilio 39. numero 63. uolumine 3. vnde bene Bald. & Alber. in d. l. cum quis. a legatis per Alci. hanc legitimationem fictionem appellant non praesumptionem, sicut & Anto. Rosel. & Ludo. de Sard. quos refert Cephal. consil. 11. num. 10. & pulchre Natta consil. 624. col. 4. post Bal. in l. eam quam. col. 1. uel. quare utrum. C. de fidei. deico. † dicens quod legitimitas restituitur in integrum sicut ius postliminii, quod habet duo capita, unum secundum ueritatem, nam eo ipso quod captus reuertitur, uere recuperat omnia sua iura, alterum est secundum fictionem: quia fingit retro fuisse in ciuitate, sic legitimatus ut ex nunc est uere legitimus, ut ex tunc fide. Idque probat etiam Natta ratio-

80 ne post Aret. in d. S. si † eius, nam retrahitio de tempore ad tempus non fit nisi secundum fictionem, etiam in his quae sunt iuris, uide legitimus secundum tempus praesens non potest

test uocari spurius, dicendo tu es spurius, sed per uerba prateriti temporis bene dici potest, 82 tu fuisti spurius & quare sequitur, quod dicta legitimitas non tantum potest, nec tam late potest, ut legitimitas dicatur uere legitimus originaria legitimitate in specie, quae ex matrimonio procedit, ut notabiliter declarat Bene, de Plumb. in sua disputa. incip. Statuto Pisano quem sequitur Alexan. consi. secundo, colum. quarta, nu. 34. volu. 1. Et ratio adferri potest, quia quamuis sequens matrimonium faciat eos uere & proprie legitimos, uerum est, ut ex nunc, tempore scilicet contracti matrimonii, non autem facit eos uere legitimos retro, siue in prateritum a tempore natiuitatis, textus est in d. c. tanta. ibi ( post contractum matrimonium ) tunc ergo constat, quod uere adhuc 83 que fuerunt illegitimi & Quinimo est impossibile facere, quin tales fuerint, cum ad prateritum statum immutandum nulla sit potentia secundum Philosophum, & in bello. S. facta. ff. de capt. & postli. re. sed bene potest lex ex nunc fingere, prout fingit, retro in prateritum eos fuisse legitimos, & est fictio translatiua de tempore ad tempus, ut declarant Mod. Galli in consuetu. Paris. S. 8. numero 35. quibus ita stantibus, cum testatores respexerint ad modum nascendi naturaliter & originaliter in specie ex ipso matrimonio, non debet attendi fictio, quae ex legitimatione inducitur, ut per Bal. in d. l. in testamento, quaestione nona. C. de testa. mili. quem citat Alciat. in d. respon. 201. numero 51. unde patet, quod eiusdem Alciati dictis alibi conuenitur sua secunda responsio, de qua supra.

84 & Venio nunc igitur ad tertiam, in qua dicit, quod illa qualitas filiorum natorum ex legitimo matrimonio refertur ad tempus mortis grauari, & sic D. Pauli in casu nostro, unde satis fuit, quod tempore mortis suae filii sui reperti fuerint esse natos ex legitimo matrimonio praebule contrae inter eum & dominam Lauram, licet tempore quo uere nati sunt non sic esset, quia de conditione cuiusque non queritur, priusquam hereditas ad eum pertineat. l. non oportet. ff. de leg. secundo l. iteruenit. ff. de leg. praest. & ita dicit Alciat. respondere Alexandrum in disputatione sua. Sigismundus. in quarto dubio. Idemque confirmat Sfortia Oddo in tract. compendioso, particula. 6. uerbo an legitimitas in 2. casu, col. 2. nam quod dicitur, qualitas adiuncta uerbo &c. non procedit, quando qualitas est apposta ad determinandum tempus a quo dispositio summi effectum, ut docet Bar. in l. ex facto. n. 1. ff. de iud. sed hoc contingit in illis uerbis, si decesserit sine filiis ex legitimo matrimonio natis: quia ista conditio sic qualificata apposta est ad determinandum uerbum decesserit. l. ex facto. S. si quis autem. ff. ad treb. ergo deficit ob matrimonium praecedens. Et si quis iustet, quod ipsa qualitas adesse non

uidetur: quia nunquam uerum erit, tales filios natos esse ex viro & uxore, & sic ex legitimo matrimonio, respondet Oddo, quod quando lex requirit aliquod factum talis simpliciter non requirit illum fuisse talem dum fecit, sed tantum decessisse talem. l. Titius. ff. de test. mil. a contrario sensu, sed testator non requirit, quod isti filii dicantur geniti ab existente marito tunc, sed ex eo qui de praesenti sit uir, quando moritur.

85 & Sed haec responsio periculosa est, ut etiam non negat Alciat. qui non se firmat in ea dicens, quod secunda tutior est. Namque immo in hereditate capacitas & conditio persona requiritur etiam tempore testamenti, nedum mortis & hereditatem consequendi, textus est in l. si alienum S. in extraneis. ff. de her. insti. per quem suppletur tex. in d. l. non oportet. ubi declarat Imola & Secundo ( meo iudicio ) subest aequiuocatio non leuis in dicta responsione, nam textus in d. l. non oportet. & in d. l. interuenit, loquuntur in uocatis ad hereditatem uel legatum, merito conditio sua tempore uocationis attenditur. Sed in casu nostro non agitur de uocatis sed de positis in conditione, si grauatus decesserit sine filiis legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio natis, iuxta notata per Gl. & omnes. in l. Lucius. ff. de her. insti. & Quae conditio cum debeat impleri in forma specifica, qui haeredi l. Meuius. ff. de cod. & de. & tradit in terminis Alex. col. 5. col. 2. vol. 7. merito non verificatur, nisi in talibus tempore suae natiuitatis originalis & naturalis non autem civilis, de qua prima testator intellexerunt, non autem de secunda. l. si. C. de his qui uen. & in specie tradit Alciat. in d. respon. 201. num. 50. & ad obiectum Sfortiae dico non esse uerum, quod qualitas filiorum respiciat uerbum decesserit: id enim procederet si testator simpliciter dixisset, si decesserit sine filiis, ut loquitur Bar. in d. l. ex facto. sed subiunxit in casu nostro ex legitimo matrimonio natis, quae qualitas determinat uerbum filiis, non uerbum decesserit. nam illa uerba, si decesserit sine filiis, denotant conditionem defectiuam filiorum, & illa ex legitimo matrimonio natis, denotant qualitatem filiorum, & quod illa qualitas legitimi matrimonii fuerit in eis tempore quo nati fuerunt, & hoc bene probat tex. in d. l. Titius. ubi proprie Bal. summo dicit, quod qualitas quae certo tempore requiritur postea superueniens non patrociniatur. nam testamentum praecedens Tribunali, non ualet iure militari si perueniens Tribunali: constitutionibus enim principum non militum testamenta prius facta confirmantur, sed quae a militibus facta sunt, & sic qui milites erant eo tempore quo testati sunt, sic igitur filii extantes ipsius grauari debent habere qualitatem legitimi matrimonii tempore quo nati fuerunt, nec superueniens ei prodesse potest. Remanet igitur

ex

ex praedictis optime defensata ratio praedicta, quae qualitas adiecta uerbo &c. sicut & decisio Bal. in d. S. si eius. & sequacium, quae bene confirmatur 88 ex alia & quam ponit idem Bal. in c. 1. S. naturalis. si de seu. fuer. contro. ubi tenet, quod si feudum fuerit alicui concessum pro se & filiis legitime descendentibus, non ueniunt tales legitimi per subsequens matrimonium: quia talia uerba respiciunt principium geniturae, & non est, nostrum extendere scripturas. l. contractus. C. de fid. inst. principiumque Bal. intelligit, si licet conceptionis vel natiuitatis. Et illam decisionem sequitur Hostiensis in c. 1. qui fl. sint leg. Luc. de Pen. in l. eos, vers. ite legitimus, C. de his qui spon. nu. lib. 1. r. Ang. consi. 29. Imola in l. ex facto, S. si quis rogatus. ff. ad Treb. Andr. Sicul. in d. l. cum acutissimi. quos refert Afflict. in d. S. naturales. & ad q. nostram dedit eam Alexan. in d. consilio quinto, volumine 7. dicens quod si bene consideretur, Bald. decidit casum nostrum, in quo tractamus de dispositione facta ab homine, sicut etiam Bald. loquitur in suo casu. Et idem facit Natta consilio 624. numero 21. Goza. consilio 25. numero secundo, Ruin. consilio 92. numero 13. volumine tertio, Cur. Iun. consilio 64. columna 7. Soc. Iun. consilio 39. numero 43. consilio 63. numero 34. volum. 3. consilio 12. volum. 4. Ceph. consilio 117. num. 21. Bero. consilio 167. numero 89 tertio, volumine secundo. & Et licet illa decisio Baldi nonnullos habeat contradicentes, ut Andr. de Ifern. Marti. Laud. & Prapostum ibi Abbatem in d. c. tanta, & Alciatum, qui eos refert, respon. 501. tamen saltem procedit, quod si filius nedum conceptus fuit, sed etiam natus ex concubina priusquam matrimonium fuerit subsecutum, prout in casu nostro verificatur, secus autem quando conceptus tantum fuerit ante matrimonium, & post illud secutum natus: quia procederet opi. contraria. Ita distinguit Aluaro in d. S. naturales. col. sexta. quem sequitur Cur. Iun. in tract. de feud. 3. parte. q. 17. num. 41. sol. 2. Rui. in dicto consi. 92. sub. n. 13. Alex. in d. consi. 5. nu. 3. vol. 7. Natta in d. col. 624. n. 22. Et nouissimè Antonius Gabrielus Romanus in suis conclusionibus lib. 6. de legitimatione, conclus. 1. nu. 23. licet corruptè sit impressus, quia primo casu deficit negatiua secundo uerò abundat. & Quorum sententia uelut aliam ad concordiam reducens est tenenda, ut per Gl. in c. literas, in ver. uiam mediam. de rest. spol. Ang. consi. 376. nobiles uiri. num. 2. Alex. consi. 50. nu. 7. vol. 7. Paris. consi. 92. n. 30. vol. 2. Ioan. Iacob. de Leonar. inter consilia Socii Iu. consi. 39. n. 78. & col. 121. n. 36. vol. 2. & 91 & in iudicando sequenda est, ut per Sal. in l. filiae C. fam. er. Grat. resp. 34. nu. 8. vol. 2. & omnibus praeferenda, ut per eundem respon. 101. numero 9. volumine secundo, tantoque magis teneri debet haec distinctio, quod optima ratione sustineri ac persuaderi potest. Nam quando si-

lii concepti, nati que fuerunt ante matrimonium, utique dici non potest, quod nati sint ex legitimo matrimonio, nisi per fictionem retrotrahendo matrimonium, quod fieri non potest in praedictum tertii, hoc est substituti. l. bonorum, & ibi Bar. ff. rem rat. hab. f. & in specie legitimationis tradit Ioann. And. in reg. sine culpa. de regul. iur. in sexto, Alexan. in l. Gallus. S. institutus. ff. de lib. & pos. Rui. consilio 72. numero 15. volumine secundo, merito tali casu, qualis est noster, substitutum non excludit, at quando concepti fuerunt ante matrimonium & post illud nati, quamuis impedimento uideretur esse conceptio, quominus legitime nati censeantur, tamen pro legitime natis aut ex legitimo matrimonio ceteri debent, natiuitatis solius tempore spectato, ita ut satis sit eos post matrimonium nasci, ut ex matrimonio legitimo nati dicantur, conceptionis tempore, 93 non attento & siquidem conceptio quem facit ceteri nati quod ad eius comodum, non autem quod ad incommodum. l. qui in utero. prima & secunda. & ibi not. ff. de sta. ho. prout esset considerando tantum tempus conceptionis: exclude retur etenim talis uelut illegitimè natus.

94 & Ultimo non desunt infiniti summi legum uertices, qui hanc partem substituti contra legitimos per subsequens matrimonium tenuerunt, quando testator substituit alicui, si decesserit sine filiis legitimis & naturalibus, ex legitimo matrimonio natis, uel similibus uerbis usus fuit. Et in primis Bal. consilio 367. qui dam tres haeredes, volumine quinto, & in l. filium, lectura 3. in ff. de his qui sunt sui, quem sequitur Anto. Rosel. in tract. legitima. ad finem plenius Alexand. consilio 5. not. 7. Barba. in l. cum acutissimi, num. 250. C. de fideico. Fracif. Niconi. in rub. ff. sol. ma. nu. 35. Dec. col. 624. num. 4. Rui. consi. 92. num. 13. vol. 3. Cur. Iun. consi. 64. col. 7. Bru. in tract. Quod stant. maf. ar. ticu. 12. q. 4. limitatione 3. D. meus Zuccard. in rub. ff. si cert. pet. Ioan. And. in reg. sine culpa. de reg. iur. in 6. citatus ab Alexandro in d. consilio quinto, Natta in l. hac consultissima. S. ex imperfecto, numero 94. C. de testa. consi. 368. numero secundo, consilio 602. numero 9. & consilio 624. numero 19. Grat. respon. 29. numero 45. volumine secundo, Alciat. resp. 666. Cur. consi. 73. col. 27. ver. & idem Barb. Ceph. consi. 82. nu. 16. consi. 111. nu. 12. consi. 117. n. 21. Rol. land. a Valle col. ff. nu. 42. uol. 2. Soc. Iun. consi. 65. volumine secundo, consi. 39. num. 43. consi. 64. numero 34. consi. 110. numero 25. & 27. volumine tertio, consi. 12. volumine quarto. Man. tua consi. 38. col. pen. volumine 2. & Bero. consi. 166. uol. 2. qui sicut & Rui. & Rol. a Val. communem testantur, Alciatusque bis uel ter ita fuisse iudicatum in amplissimo Senatu Mediolani. Et ex praedictis apparet, hanc partem per substituto prius relatam pro legitimitatis praualere, quod & in tollendis adductis pro illa clarius apparebit.

Tt 4 Ad

96 † Ad primum igitur, quod pendet ex notatis in c. innotuit. & c. cū in cunctis. de electi. vera est & communis illa solutio, quod procedit in dispositione legis, in qua appellatio nati ex legitimo matrimonio venit legitimatus per subsequens matrimonium. At secus est in dispositione hominis, ut testatoris, de qua nos agimus, ut dixerunt Butr. Alex. & D. meus Zuccard. superius citati, quibus addo Præpos. in d. c. per venerabilem §. quod autem. nu. 104. Rui. consil. 92. num. 14. volum. 3. Roland. à Valle consilio fin. num. 42. volum. 2. Alciatum lib. 3. de uerbo. signi. colum. 6. Cephal. consilio 82. numero 70. Nattam consilio 602. colum. 2. consilio 624. columna fin. unde non debet à tam  
 97 communi resolutione recedi † tantoque magis quod fundatur in l. fin. C. de his qui ueni. a. ubi videmus, quod uerba testatoris debent intelligi uerè, naturaliter & non ciuilliter per fictionem: si enim fiat ab eo mentio legitimæ ætatis, intelligi debet de legitima ætate naturaliter, & non ciuilliter, puta si quis ueniam ætatis impetrauerit, meritò cum in testamentis, de quibus agitur, fiat mentio de filiis legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio, uerba prædicta sunt intelligenda de legitimè natis naturaliter, scilicet tempore natiuitatis & non per subsequens matrimonium, & sic ciuilliter & per fictionem. Ita Roland. à Valle in terminis arguit in d. consilio fin. numero 35. cum sequenti. volum. secundo, & fuit inductio formalis prius eo Curtii Iun. consilio 64. colum. pen. † & licet Dec. consilio 155. colum. si. adducat Castrensem in contrariū in d. l. fin. ubi dicit, quod licet legitimatus secundum intentionem testatoris & statuti non dicatur uerè legitimus; quoniam eorum uerba debent intelligi secundum communem usum loquendi uulgarem; quia dicitur, talis est naturalis tantum sed legitimatus, tamen secus subdit in legitimo per subsequens matrimonium: quia comprehenditur per uerba testatoris vel statutum.  
 99 ti. iuxta notata in d. c. innotuit. † Tamen non animaduertit Decius, Castrensem non se firmare in ea conclusione, cum videndum remittat de his questionibus Butrium in d. c. per venerabilem. qui distinguit inter dispositionem legis & hominis, meritò uidetur hanc posteriorè opi. approbare, iuxta not. in l. si idem cū eodem. in fin. ff. de iur. om. iud. & in rubr. ff. si cert. pet. ubi D. meus Zuccard. post alios ponit. Non omitto quoque, quod Sforcia Oddo in tract. cõpendi. partic. 6. ver. an. legitimatus. col. 7. prædictam solutionem confutatur conatur. quia in materia, de qua agimus (quicquid sit in aliis) mitius agitur cum homine quam cum lege, & latior fit interpretatio de uerbis hominis quam legis, uideamus enim, in dispositione legis naturales non excludunt substitutum. l. generaliter. §. cum autem, cum ibi not. C. de instit. & sub. sed in dispositione hominis sic, l.

ex facto. §. i. ff. ad Treb. ea forte ratione: quia testator ut plurimum naturali affectione diligit eos, quos odio lex habet, id est non natos in figura matrimonii. Sed & hoc motuum rectius intellectum nihil urget, tex. enim in d. §. cum autem. loquitur in conditione liberorum subintellecã à lege tacite. at in §. i. de conditione liberorum expressa à testatore, prout cõmuniter utrobique dicit Accursius, ut Alex. Iaf. & Dec. tradunt, sicut & Ripa, reddens rationem differentie, unde propter imparitatem terminorum non procedit illud obiectum.

100 † Quinimò ratio, qua communis illa solutio bene iustificatur, quod lex facilius moderatur suam dispositionem quam hominis, uerius comprobatur. Nam uerba legis generalia recipiunt interpretationem iuris aliquando, ne resultet aliarum legum correctio, quod secus est in uerbis hominis, cum cesset in eis ratio correctionis, ut tradit Bald. in l. si. colum. na prima. C. sine cõf. Iason in v. lib. feud. numero 49. Ruin. consilio tertio, volumine primo, consilio 40. volum. 3. consilio 161. numero 35. volum. 5. D. meus Riminal. consilio 675. numero 9. † Item stricta magis interpretatio fit in dispositione hominis quam legis. Bal. in l. qui quis, nu. 3. C. ad leg. iul. ma. Dec. in l. i. colum. na prima, C. de transf. Iason in l. di. c. functo, numero 30. ff. de offic. ass. & in specie magis hæc diuersitas probatur ex Imola in l. Galus. §. & quid sit tantum, numero 36. ff. de lib. & post. & in l. r. §. lex falcidia. colum. na prima, ff. ad leg. fal. † ubi tenet, facilius legem aut statutum ad casum fictum trahi quam dispositionem hominis, sequitur Alexan. ibi. & Dec. consilio 258. num. 9. uers. secundò respondetur. Quare mirum non est, si in casu d. cap. innotuit & c. cum in cunctis. appellatio legitimè nati uenit legitimatus per subsequens matrimonium, At secus in casu nostro, in quo tractatur de dispositione hominis. Et hinc patet, non esse uerum, quod inquit Angussolius in dicto consilio 74. colum. na fin. quod hæc distinctio non probatur auctoritate vel ratione, & quod Butrium in dicto c. per venerabilem. id non dicit, si rectè uideatur, nam auctoritates adfunt & rationes probabiles. & si bene Angussolius aperuisset oculos, ut ego feci, uideret Butrium sic distinguentem.

103 † Nec obstat doctrina Baldi in d. §. quidam rectè. quia procedit in terminis illius textus, quando nepos nasciturus ex filio simpliciter fuit institutus, nulla facta mentione de morte filii præambula eo uiuo: hoc enim subintelligitur, & dispositio sua refertur ad intellectum iuris necessitate sic suggerente: cum enim tempore Galli non posset ille posthumus institui, nisi dicto casu quo nasceretur filio præmortuo uiuo patre, & esset opus tali casu cum uocare, ne alius rumpere testamentum l. posthumorū, ff. de iniur. test. meritò dicta simplex institutio

cen-

censetur à testatore facta eo modo quo de iure fieri poterat, ut Iason & Socin. ibi declarant.

104 † Sed quando sumus in dispositione testatoris uoluntaria magis uino modo quam alio, prout in casu nostro, in quo erat in potestate præferre substitutum legitimatis per sequens matrimonium, sicut e contra. utique sua uoluntas debet attendi. l. in conditionibus. ff. de cõdito. & demonstratio. & illa totum facit. l. ex facto. la grande. ff. de hæred. inst. nec tali casu

105 reducitur ad intellectum iuris: † immo uerò lex ipsa persequitur eam sicut uenator leporem, ut inquit Bald. in l. finali. C. de necess. ser. hæred. inst. in ore enim & mente presumitur esse unum & idem, Bald. consil. 472. colum. 1. uol. 2. & uoluntas hominis consistit in uerbis, sicut facies in speculo, Bal. consil. 102. col. 3. uol. 3. Cra. consil. 20. col. 1. consil. 35. num. 18. At Doctores passim dicunt, quod facta substitutione alicui si decesserit sine filiis legitimè natis, aut legitimè descendentes, aut ex legitimo matrimonio natis, testator respexit ad modum nascendi naturaliter, & ad originariè legitimum non autem ad ciuilem & fictum, meritò talis uoluntas debet attendi, secundum quã legitimatus per sequens matrimonium non cõprehenditur, cum secundum ueritatem naturæ non sit à natiuitate legitimus, ut dicebat

106 Ioan. Andrea in d. reg. sine culpa. † Et ita solutio memorata multum bene iustificatur & ab Alciato defenditur, immo uerò præsentit eam lib. 3. de uerb. signi. colum. 6. dicens in dispositione legis eos admittendos esse, quos lex pro legitimè natis habet d. c. innotuit: sit enim latior interpretatio: si enim sentit secus esse debere in dispositione hominis, ut in casu nostro.

107 † Nec me quoque quicquam mouet doctrina Bartoli in l. hæredes mei. §. cum ita ff. ad treb. dicentis, quod testator censetur se uoluisse conformare cum dispositione iuris. Quoniam procedit in dubio, secus in casu claro, Bero. questione 18. nu. 6. uers. Quarto respondetur. Natta in terminis nostris consil. 602. colum. 2. dicens, argumentum procedere, nisi uerba testatoris aperte repugnent. Probatur, nam cū dixerint testatores. Si decesserit sine filiis legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio, sine dubio uoluerunt eos esse tales ab origine

108 natiuitatis suæ † ponderando illam dictionem ex, quæ sui natura denotat principium temporis & causam proximam & immediatam. Bart. & doct. in l. ex hoc iure. in prin. ff. de iust. & in l. r. ff. de inec. rui. & nauif. & in terminis legitimacionis sic arguit Paris. consil. 9. nu. 44. & consil. 12. nu. 146. volum. secundo. Quod in legitimatis per subsequens matrimonium non

109 uerificatur, † quoniam post illud tantum legitimitatè cõsequuntur. c. tanta. qui fil. sint. leg. in uersiculo [post contractum matrimonium legitimi habeantur] ergo non ante, prout ponderat Alciat. parad. lib. 3. cap. 12. in fi. Cephal.

post Rosellum & Sardum consil. 111. nume. 10. Natta consil. 623. colum. 4. & Moder. Galli in consuetu. Parisi. §. 8. nume. 35. dicentes, quod quamuis matrimonium faciat eos uerè & propriè legitimatos, uerum est ut ex nunc, tempore scilicet contracti matrimonii, non autem facit eos uerè legitimatos retro siue in præteritū à tempore natiuitatis, & hoc insuper præter eos comprobatur in §. legitimi. in authen. quibus mod. nat. effi. sui, ubi dicitur [legitimi siquidem successores procedunt hominibus ex nuptiis quas cõtrahunt] ergo ante nuptias contractas non sunt legitimi successores. Confirmatur in uersiculo quapropter. ubi dicitur [Quapropter nuptiis procedentibus ex hoc ipso sunt successiones certæ & sic inter legitimatos cõnumeretur] si igitur ex hoc ipso per processum nuptiarum succedunt & inter legitimatos numerantur, sequitur quod antequam procedant nuptiæ, non succedunt, neque legitimi dicuntur, ut à contrario sensu uult Imperator l. r. ff. de offic. eius. Accedit quoque tex. in §. si uerò etiam, in auth. quibus mod. nat. effi. legi. ubi dicitur [his ita gestis & nuptias & ex eis sobolem esse legitimam] si soboles igitur est & fit legitima ex ipsis nuptiis, manifestè patet, eam ante illas talem non esse † quia inclusio uerbi temporis est alterius temporis exclusio l. cum prætor. ff. de iudi. & tradit Paris. consilio 68. nu. 104. uolu. 4.

Postremò confirmatur ex l. nuper. C. de natur. lib. ubi dicitur, quod filius nascitur iustus, si nascatur post matrimonium, quamuis prius fuerit conceptus, unde præsupponit ille textus quod filius non dicatur nasci iustus, si matrimonium sequitur natiuitatem, sicque ponderat eum Ruin. consilio 92. colum. 5. circa fi. uol. 31.

111 † & cum prædictis concordat ad unguem Bal. in c. innotuit. colum. pen. uers. & nota, de electio. ubi dicit, quod omnis legitimatio est præpostera: quia facit quem legitimatum ex post facto. Sed legitima ratio est ordinata processu secundum uiam naturæ, nã præcedit m̄rimonium ut cã, de inde nascitur legitimi, ordo enim naturæ est, ut causa præcedat causatum suum l. 2. §. prius. ff. de uulg. & quamuis, subdit Bal. ista legitimatio per matrimonium sit restitutio, per quam absoluitur sordes peccati, tamè qui moritur cum filiis sic legitimatis, non dicitur decedere cum filiis legitimè natis: quia legitimatio est ordo præposterus, & macula est impressa origini, ex quibus (ut ad rem nostram reuertar) patet, quod si Do. Iacobus substitutus fuit D. Paulo fratri suo, si decesserit sine filiis legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio, & sic qui tales qualitates sortiti fuerint in initio sui ortus & immediatè quod orti fuerint, dictam conditionem non defecisse per filios legitimatos per subsequens matrimonium qui legitimorum nomen non fuerunt sortiti, nisi post illud matrimonium contractum, non autem

autem ante, sed dudum postea contractio matrimonio, de quo secundo tempore testatores non fuerunt locuti, sed de primo, ponderando dicta verba ex legitimo matrimonio, virtute dictionis ex, ut supra deduxi.

- 112** † Quod ultra prædicta comprobatur, nam si ea verba, ex legitimo matrimonio, reducimus ad sermonem vulgarem, dicemus, de legitimo matrimonio. quo stante verificari non possunt in filiis legitimatis per subsequens matrimonium, prout præclare declarat Do. meus Zuccard. in rubr. ff. si certum petatur, colum. 1. vbi notando post Dec. quod præpositio de, denotat causam materialem, ut per Bald. in l. ex arali. C. de actio. emp. subiungit & infert, quod alias subscribendo consilia excellentissimorum virorum dicebat, fideicommissi casum cuenit se ei, qui erat grauatus hereditatem restituere, si decesserit sine filiis de legitimo matrimonio natis, & decesserit cum filio nato ante matrimonium, sed per subsequens matrimonium legitimato; quia hæc præpositio de, denotat causam materialem, at illorum filiorum materia non erat de legitimo matrimonio: quia quando ad materiam reduci sunt, non erat matrimonium, ergo non erant tales, qui facerent deficere fideicommissum. Et hoc idem, licet concisè satis, præsentit Bal. in l. filium, l. c. tura 3. in fine, ff. de his qui sunt sui, vbi dicit, quod quantumcunque quis legitimetur, non dicitur natus de matrimonio, habens fortè respectum ad illam dictionem de. & ultra prædictos addo Decium consil. 624. colum. 2. vbi dicit, quod licet illa verba de legitimo matrimonio, non verificentur in legitimatione facta ex sequenti matrimonio, tamen in casu suo pro verificatione habentur propter supremam auctoritatem summi Pont. & Imperatoris, qui voluerunt legitimum haberi ac si natus esset de vero & legitimo matrimonio. & ita Dec. admittit in casu nostro sententiam Baldi in allegato consilio 368. de quo mentionem ibi fecerat.
- 113** † Accedit prædictis, quod ista verba, sine filiis legitimis & naturalibus, ex legitimo matrimonio, denotant ad exclusionem substituti filios esse debere secundum leges & naturam ex legitimo matrimonio, quales non sunt legitimati per sequens matrimonium, cum essent nati ante matrimonium, sed si sunt legitimi sunt ex iuris civilis mera dispositione contra naturam disponente d. c. tanta. nam lex fingit ab initio matrimonium, & hanc considerationem facit in terminis Cephal. in hac causa consilio 276. nu. 23. & in super Natta, si bene consideretur, consil. 602. in princ. & consil. 624. num. 26. ubi ponderat Baldum in d. cap. innotuit. ad demonstrandum, quod legitimitas fit contra ordinem nature, considerans quod in legitimatione per subsequens matrimonium ordo est præposterus; quia matrimonium, quod est causa legitimatis, debebat præcedere, & tamen

in isto casu subsequitur, & sic effectus præcurrit suam causam, quod non potest fieri per naturam, fit tamen per fictionem legis, quare inductum est, quod subsequens matrimonium efficiat filios ante natos legitimis perinde ac si nati fuissent ex præcedenti matrimonio.

- 114** † His ergo tam firmatis & optimè comprobatis recedere licet ab illa regula, quod testator præsumatur se voluisse conformare cum dispositione iuris; quoniam facile recedi solet ab ea, ut plerique voluerunt, nempe Corn. consil. 83. colum. 2. consil. 91. colum. 2. volum. 1. consil. 202. nume. 9. consil. 229. colum. pen. uolum. 3. Gra. consil. 180. sub nume. 4. consil. 250. col. 2. Soc. in l. Gallus. §. nunc de lege. prope fin. ff. de lib. & posthum. & Soc. iun. consil. 158. nume. 50. volum. 2. † Quinimmo plus addo, quod valde debilis est illa præsumptio, nam sola non sufficit, nisi concurrat alia, secundum Alex. in d. §. cum ita. colum. 5. dum dicit, quod in casu Castrensis concurrebat etiam, quod testator excluderat proprias filias. idemque tradit Rip. num. 80. Torniel. ante nu. 154. & Zanchus insignis Modernus Bergomensis sicut & copiosus num. 1159. post Soc. iun. consil. 168. col. ante pe. vol. 2.
- 116** † Ad exemplum verò de natis in figura matrimonii, & sic de matrimonio putatiuo, facile responderetur, quod ille casus à nostro differt, cum ibi matrimonium extaret verè contractum & opinione validum, quod sicut verum sufficiebat ad legitimationem proli, & tantum operabatur quasi possessio & opinio colorata matrimonii, sicut veritas matrimonii. e. quod nobis. c. ex tenore, & ibi Butr. not. 5. & 6. qui fil. sint leg. Soc. iun. consil. 39. nume. 35. vol. 3. & latius idem declarat consil. 31. num. 40. eo.
- 117** volum. † & licet filii nati fuissent ex adulterio matrimonio secundum Capram in d. consil. 116. tamen quia opinio erat in contrarium, quæ pro veritate habebatur, non attenditur adulterium velut non ex animo commissum propter bonam fidem coniunctorum uel alterius eorum. † Quia uoluntas & propositum distinguunt maleficiam. l. qui iniuria, ff. de furt. l. quod reipublicæ. ff. de iniur. c. significasti. secundo, de homic. unde committens delictum sine dolo non punitur uigore legis punientis delictum, l. 1. §. præterea, ff. de fidei. Bald. in l. data opera. colum. 4. C. qui accus. in l. quicumque. colum. 5. C. de fer. fug. Caltr. in l. 1. C. ubi sena. c. u. simil. per Marf. consil. 91. colum. 2. consil. 124. nume. 11. meritò si non habuerunt animum committendi adulterium, credentes matrimonium contractum valere, non debet nocere filiis, quod uerè sit adulterium. At in casu nostro tempore natiuitatis filiorum nullum extabat matrimonium uerum seu putatiuum, ideo filii non possunt dici nati ex legitimo matrimonio, neque secundum ueritatem, neque secundum opinionem: quia non entis nullæ sunt partes nec qualitates. L. eius qui in proincia. c. ubi not. ff. si cer. pe. Non

- 119** † Non obstant in super alii casus excogitati, quibus illa doctrina Bartoli in d. §. cum ita, dicitur procedere, licet uerba repugnent: id enim contingit propter alia quæ concurrunt, ut in primo casu, quod appellacione filiorum ueniant nepotes, de quo loquitur Aret. in d. consil. 145. nam procedit quando nepos subintrat locum patris defuncti, & cum patruo concurrat. §. cum filius. inst. de hære. quæ ab in-
- 120** testato: † nepos enim succedens in locum patris sui præmortui intelligitur succedere in gradu proprio suorum parentum, ut perinde succedat & tantum habeant, quàm haberet patris sui, si uiueret. ita Bar. in l. 1. §. si filius. ff. de coniung. cum emanc. lib. & succedit cum patruo non tantum nepos: quia sic esset inferioris gradus sed tanquam repræsentans eius patrem, ut inquit Ruin. consilio 127. nume. 7. uolumi. 3. & Cephal. consil. 16. nume. 17. & intrans in eius locum & gradum, ut probatur in auth. post fratres. C. de leg. hæred. vbi dicitur, quod fratrum filii sunt pares defuncti fratribus, ergo à iure reputantur esse in eodem gradu, & æquè proximi, & consimilis est rex. in auth. ut fra. fil. in prin. vbi dicitur, quod ad hereditatem patris uocantur cum fratribus præmortui fratris filii paternum adingredientes gradum & illius ferentes portionem, quæ iura ponderat Ias. consil. 139. columna secunda, uolum. quarto, Igitur ut concludamus ex ingressu in eundem patris gradum, illiusque repræsentationem, quæ contingunt eo casu, facta mentione filii sit interpretatio, quod testator uoluerit se conformare cum dispositione iuris, ut nepos ueniat & concurrat cum patruo, quod non fieret in alio casu, quando prædicta cessaret, cum alio nomine filii & alio nepotes appellerentur. l. quod si nepotes. ff. de testa. rut. at in casu nostro cessat ista repræsentatio filii legitimi ab initio per legitimum per subsequens matrimonium; tamen quia non agit, quod legitimatus succedat in locum legitimi: tum quia hoc facere non potest, cum nunc dicatur legitimus ex quo legitimatus est, non autem prius, dicto capitulo tanta, superius ponderato.
- 121** † Ad aliud uerò si dictum fuerit sine filiis ex suo corpore natis. & tamen ueniunt nepotes, pro solutione diligentius obseruari debet, qua ratione procedat, quam ponit Ange. in l. Lucius. secunda, ff. de hæred. insti. nempe propter suadentem naturalem æquitatem seu rationem, quæ agnatos ad agnatorum hereditatem inuitat, at ista ratio cessat in casu nostro.
- 122** † Nam legitimatus cum hoc habeatur ut edictus de legitimo matrimonio, & ut agnatus efficiatur, intelligitur non extatibus aliis agnatis legitimis, ut tradit Cur. consil. 13. nume. 23. Grat. respon. 65. nume. 5. vol. 1. respon. 29. nu. 65. uol. secundo, meritò stante in medio D. Iacobo Trotto agnato legitimo, non debent ad-

- uersarii uelut agnati considerari in hac successione, & ideo statum est proprietati uerborum de legitimis ex legitimo matrimonio, si immediate, ut supra dictum fuit.
- 123** † Pari modo cessat & illud de monasterio quod excludit substitutum, si grauatus decesserit sine filiis ex suo corpore natis. Quoniam primo Doctores in ea questione ualde uariarunt, ut inquit Bero. in d. c. in præsentia. nu. 482. unde non debuit in medium adduci, ut in simili dicit Alex. in l. prima, colum. 1. ff. soluto matr.
- 124** † Secundò, opinio quæ fauet monasterio, fundatur in ratione uitæ contemplatiuæ, quæ remoueri non debet, uel fauore monasterii & religionis, ut per Butri. Areti. Fely. & alios ibi maximè Beroum contra Decium solum. Quare casus ille ueluti specialis & ualde priuilegiatus non est ad consequentias porrigendus. l. quod uerò, ff. de legib. Immo uerò retorqueri potest ille casus, ut D. Iacobo potius assistat, quàm re-
- 125** sistat, † Nam fatentur Doctores, uoluntatem testatoris sic loquentis tendere contra monasterium & substituto fauere, tamen eam non attendi sed uanam & irritam esse, quare sicut in eo casu dicendo de filiis ex suo corpore, non intelligitur de monasterio ab ipso testatore, ita nec in casu nostro, quando dicit de filiis legitimis ex legitimo matrimonio, intelligit de legitimatis, nec alia est differentia: nisi quia in illa questione doctorum non ualet nec attenditur uoluntas sua fauore religionis, at hic bene ualere debet & attendi, cum cesset ille fauor.
- 126** † Ad illud uerò de uocante proximiores ubi uenit filius fratris & concurrat cum patruo, breuiter responderetur, illud esse: quia repræsentat personam patris sui & in eius locum & gradum subintrat, & succedit, unde sic proximus reputatur sicut patruus suus, ut late declarat Ias. in allegato consil. 159. col. secunda, uolum. 4. nam uerbum proximus, aut proximior, non ita finibus coarctatur, quin in eo possit ueris-
- 127** cari † cum proximus ille dicatur, quem nemo præcedit l. proximus ff. de uerb. signif. l. 1. §. proximus ff. unde cog. unde si pater filium non præcedit: quia decessit, & filius in eius gradum & locum succedit, eumque repræsentat, nihil impedit, quin proximus & proximior etiam dici possit, sicut patruus suus, propter iuris æquiparationem factam de illo ad patrum, At in casu nostro uerba magis coarctata reperiuntur, cum nedum de filiis legitimis & naturalibus dictum sit, sed additum fuerit ex legitimo matrimonio, ne legitimitas quouis modo comprehenderentur, sed qui legitimatatem per matrimonium consequerentur ab initio temporis
- 128** quo nascerentur, † unde de diuersis ad diuersa non recta sit illatio l. Papinianus exuli. ff. de minorita.
- Postremò uerò quod dicitur de uulgari concepta uno modo, quæ ad alium porrigitur, ut si noluerit, uerificatur si non potuerit. l. Gal-

ius. S. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. aut dicto, si haeres non erit, verificatur siue noluerit siue non poterit l. 3. C. de here. inst. responde tur id esse: quia tales casus parificantur. l. 1. S. vsus ff. de proeura. & declarat Bar. in d. l. i. ff. de vulg. col. 3. nume. 14. At non reperitur hic, quod legitimi ex legitimo matrimonio & legiti mati per subsequens matrimonium æquipa rentur, immo primus modus excludit secundus, meritò non procedit argumentum. sicque per optimè remanet defensata communis illa so lutio per Doctores allata d. c. innotuit. & c. cū in cunctis, constituens differentiam inter di spositionem legis & hominis: † Sed & se cunda solutio teneri debet, quam posuit Alex. in dicto conf. 5. volum. 7. quod ibi non agere tur de præiudicio tertii, at hic secus, quicquid dixerit Alcia. respon. 50 i. supra relatus nu. 16. quoniam solutionem prædictam probat etiam Ruin. conf. 92. col. 7. vol. 3. & Natta conf. 624. col. fin. nec impertinens dici debet illa declaratio uel interpretatio, sic potius appellā da quam restrictio (quod facit Alcia.) quod ubi ageretur de præiudicio tertii non procederet ille textus in d. c. innotuit. ut legitimatus per subsequens matrimonium admitteretur ad il lam dignitatem requirentem legitimè natos vel

129 ex legitimo matrimonio † Nam uidemus in c. publicato. eo. tit. quod publicato scrutiniò variare nequeunt electores: eo quia res non est integra, nec in præiudicium alterius muta re possunt consilium, cui ius est quæstum licet non plenum, ut ibi declarat glo. pleniusq; Bal. Abb. & Imola. Nam electio tres habet par tes, electionem, confirmationem & consecra tionem, primaque pars uidelicet electio, tres etiam partes habet, scrutinium, publicatione & electionem. Ideo si deuentum est ad scruti nium & publicationem, facilius dici debet res non integra, quam si deuentum fuerit ad scruti nium tantum, item quando facta fuit publica tio, feret quodammodo infamia uel iniuria no minato, si posset variari; quia putari posset, qd propter defectum nominati fieret variatio, vnde non inconuenit, ut dicamus, textum in d. c. innotuit. non procedere, quando de alterius præiudicio tractaretur, cum sic in materia ele ctionis sit declaratum in d. c. publicato. † quia vna lex per aliam distinguitur & declaratur. l. si feruus plurium. in fi. ff. de leg. 1. auth. offerat ur. cum ibi not. C. de lit. contest. glo. & Docto res in l. de precio. ff. de publi. in rem act.

Nec me mouet, legitimationem per subse quens matrimonium operari in præiudicium tertii, ut in casu l. si unquam. C. de reuoc. dona. secundum Bal. in l. 1. C. de inoff. don. quoniam illa reuocatio quæ fit ex superuenienti natiui tate filiorum, fit ex præsumpta uoluntate donā tis, qui uerisimiliter de filiis non cogitauit, se cundum Glo. ibi. Bar. in l. Titia. S. Imperator. ff. de leg. 2. cum simil. per Dec. conf. 366. nu. 5. un

de si donans cogitasset filios suscepturum ue risimiliter non donasset, argumento l. tale pa ctum. S. si. ff. de pact. idemque donatarius uerifi militer in mente sua dicitur agitasse, quod do nans non donasset, si de posthumis cogitasset, ut

132 ibi tradit Rip. quæstione prima. † Quare communi calculo eò deuentum est, quod dona tio ab eo facta, qui caret liberis, intelligitur ha bere tacitam conditionem, si donans non susce perit liberos, uel ut reuocetur, si donans postea susceperit liberos, & propterea si aliquos susci piat, existente conditione reuocatur donatio ex illa. l. si unquam. & ibi Bart. Bal. Alber. & al lii plerique declarant cumulati per Tiraquel

133 in principio nume. 6. † Quæ cum ita sint, non uidetur tractari de præiudicio donatarii, quando reuocatur illa donatio: quia si dona tum est illi sub conditione liberorum non sus ceptorum postea, uidetur ademptum illi sub contraria conditione, si liberi fuerint postea si scepti. l. aliquando S. primo. ff. de condi. & de monstr. unde nimirum si per filias post susce ptos & legitimatos per matrimonium reuoca tur illa donatio propter tacitam cogitationem donantis & donatarii, sed in casu nostro uiget præiudicium substitui, quod impedimento ef se debet, ut legitimatio per subsequens matri monium non retrahatur in præiudicium suum, ut plene declarat Rui. in d. conf. 342. co luma septima, & dixi supra numero decimo, cum sequentibus.

134 † Resoluto tandem primo fundamento partis aduersæ transitum facio ad secundum, in quo dicitur, uerba, de quibus agitatur, posita fuis se per testatores ad exclusionem legitimatorum aliter quam per subsequens matrimonium, pu ta per rescriptum principis. Et respondeo, qd hoc obiectum resoluit Rui. conf. 32. nume. 15. uolum. 3. quem sequitur Ceph. confil. 111. nu. 14. post Butri. in c. per uenerabilem, pen. ear. qui fil. sint. leg. quod quando testator uerba du plicauit dicendo. Si decesserit sine filiis legitimi s & naturalibus, natis ex legitimo matrimo nio, legitimatus per subsequens matrimonium non comprehenditur, nec substitutum exclu dit, & hoc habet Butri. pro indubitato, nec in his terminis aliquis contradicit, immo putat

135 esse uerissimum Ruin. † ea ratione motus quia si facta sit mentio simpliciter de filiis legiti mis & naturalibus, quia uerba sunt indefinitè prolata, comprehenduntur legitimati per se quens matrimonium, & substitutum excludit, secundum Bal. in c. 1. S. naturales, si de seu. fue. contro. si ergo comprehenderentur etiam qua do testator uerba duplicauit, posteriora uerba nihil operarentur contra l. si quando, ff. de leg. 1. meritò comprehendendi debent & per substitu tum excludi, prout plenius profequitur Rui. ibi cuius sententiã de uerbis geminatis post Butri. tenent alii plerique, ut Soc. conf. 63. num. 18. vol. 1. Ceph. conf. 82. nu. 28. confil. 176. nu. 29. Bal.

Bal. conf. 367. vol. 5. Dec. conf. 155. in fi. Barb. conf. 27. uol. 1. Rol. à Valle conf. 100. nu. 16. vol. 2. Bero. conf. 167. num. 3. vol. 2. Mantua conf. 38. num. 12. volum. 2. Socin. lun. confil. 12. num. 17. volum. 4. Tiraquel. in l. si unquam uer. suscepit. num. 82. C. de reu. dona. & Mar zarius in 2. par. fideicommissi. quæst. 30. col. 3. uerum est, quod Angussol. in dicto conf. 74. & Bursat. conf. 18. satis superque laborant in de struendis considerationibus Ruini. sed omisso multiloquio mihi uidetur optimè Ruinum de fendi posse, si dicamus, quod cum sub illis uer bis, si decesserit sine filiis legitimis & naturalibus cõprehendebantur ad exclusionem substi tuti legitimati per rescriptum, & per subsequens matrimonium. si additis aliis, uidelicet & ex le gitimo matrimonio natis, pariter tales legiti mati cõprehenderetur, nihil operaretur. cõtra l. si quando. ff. de leg. 1. ergo debet omnes exclu di. Nec huic considerationi meæ video bonum responsum adferri posse. Nã quod inquit Bur sar. n. 18. de dictis uerbis magis appositus ex ca pite & usu notarii quàm de mète & uoluntate testatoris, prout de clausula condicillari dicit Bar. in l. 1. q. 6. ff. de iure cod. & de aliis renun tiationum late Tiraquel. in Dec. conf. 1. si unquam. C. de reu. dona. nu. 122. non est tutum. nanq; immo quicquid dicitur a notario, quod factum respiciat, de quo fuit rogatus, uidetur dixisse de uoluntate partium. Bal. in l. 1. col. fin. C. de priu. dot. in l. ab executione. col. fi. C. quo. app. in l. mater. col. 2. C. de re. uer. & in l. 2. C. de exe. rei. iud. Roma. conf. 179. col. 2. Soc. conf. 20. col. pen. vol. 3. cum simil. in Dec. conf. 490. co penul. qui concludit, quod dictum Bar. com muniter reprobat. & Tiraquel. loquitur de clausulis renuntiationum, quæ sunt stricti iu ris, nec in eis ueniunt, nisi quæ expressa sunt. Cald. conf. 5. de præben. Card. conf. 120. Dec. conf. 379. col. 2. & conf. 419. col. fi. Ruben. conf. 71. & uelut accessoriz non ampliant di spositione. cle. 1. in fin. de præb. Dec. conf. 142. in fi. & conf. 423. in fi. postremò considero in il lis uerbis, si decesserit sine filiis legitimis & na turalibus & ex legitimo matrimonio natis, co pulã ultimam positam inter genus & speciem resolu in expositiua idest, secundum Bar. in l. 2. ff. ad l. aqu. unde sensu testator, quod de mum filii legitimi & naturales, idest nati ex legitimo matrimonio substitutum excluderet, legitimati uerò quocunq; modo nequaqua

136 † Et in quantum dicebatur, non interesse te statorum, nunquid admittantur potius nati ex legitimo matrimonio, quàm per illud subse quens legitimati. dico qd cum testatores in præ dictis uerbis uideantur se retulisse ad legitima tionem secundum tempus natiuitatis & ad le gitimationem ueram, non autem fictam. ut per Butri. in c. per uenerabilem, qui fil. sint leg. quem sequitur Alexand. conf. 5. nu. 7. vol. 7. & prius eò cõfirmat Bal. in l. Gallus. S. si eius.

in fi. ff. de lib. & post. sequitur quod dicta uerba prolata dicantur ad exclusionem legitimo 137 rû, etiam per sequens matrimonium, † ita detegitur interesse testatorum, qui uoluerunt uerè legitimis tempore natiuitatis admittere non autem eos qui ex post facto tales fierent ad reprimendas illicitas coniunctiones, ut per Soc. lun. conf. 39. nu. 42. volum. 3. Idque prior eo dixit Bal. conf. 367. vol. 5. & post eum Bero. conf. 167. col. 3. uolumine secundo, dicen tes quod testator excludendo substitutum pro pter filios & descendentes natos ex legitimo matrimonio considerauit decorem successorû argumento l. non tantum. S. si emancipatus. ff. de cõtra. tab. sed in legitimatis etiã per subse quens matrimonium nõ datur ille candor suc cessionis, ut per Alex. in l. 3. ff. de lib. & post. & Imol. in l. ex facto. S. si quis rogatus. ff. ad Treb.

138 † Confirmatur ex dictis Baldi in c. per tuas de maio. & ob. ubi loquedo etiam de legitima tis per sequens matrimonium dicit, qd omnes legitimati debent reuerentiam legitimè natis & non debent ad unam mensam sedere. unde Fulgos. eleganter conf. 62. dicit, quod in ciui tatis & earum moribus apud bonos & gra ues ciues non est par eademque causa iustorû filiorum, & postea legitimatorum: Quisquis nanque facilius cæteris paribus daturus est filiam suam in uxorem filio ex iustis nuptiis quàm nato ex meretricio, quamquam postea

139 legitimato † hoc euidentius apparet, ut Ful gos. subdit ex consuetudine nouioris Romæ, quam rempublicam Venetorum appellat, quæ nequaquam illegitimè natos in consilium suæ Serenitatis admittit, tamen postea quoquo modo iura legitimorum nati sint, ob igitur honoris causam uerisimile multum uidetur, te statores loquentes in casu nostro de legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio, de le gitimatis non sensisse, qui familiam suam uel denigare, uel non aequè cohonestare poterunt.

140 † Et istud honoris interesse maximum est, & de iure multum considerabile, nam uidemus propter honoris defensionem licere iniuriam verbalem uerbis repellere, ut ponit Ias. in l. ut uim. ad fi. ff. de iust. & iu. Immo uerò etiam fa ctis, puta si nobilis à rustico fuerit insultatus, qui potest rusticum percutere, cum fugere nõ possit sine detrimento famæ, ut tradunt Cin. & Alberic. in l. 1. col. 4. ver. ite quærit. C. unde

141 vi. † Vnde Castren. conf. 177. uolum. 2. refert ac tenet, maritum cum fratribus vxoris licite percussisse illius amafium, qui pudicitiam suã insequabatur, honoris sui tuendi causa, sequi tur Grama. consilio 29. num. 29. Calefa. conf. 89. num. 8. vol. 2. criminal. Carrer. in pract. cri mi. S. circa. num. 101. Fernand. Vasqui. lib. pri mo controuersiarum Illustrium. cap. 18. n. 13.

142 † motus ex l. 2. S. initiu fuisse ff. de orig. iur. ubi recitatur Virginius quidam, qui honorem filia eius uitæ præponendum putauit, non enim mi nus



nus honorẽ quã uitã æstimare debemus; secundum Alex. in l. si uicũ. col. 2. ff. de re iud. hinc And. Sicul. in addi. Bal. in c. 1. quib. mod. feud. ami. dicit, quod sicut Vassallus feudum amittit: quia nõ defendit uitã Domini, pariter eo priuari debet, quod eius famam non defendit: quoniam famã periculum æquiparatur periculo uitę, sequitur hæc latius Ceph. consil. 39. num. 40. & Iulius Scarlatinus consil. 143. r. 20. col. 2. primo Tomo criminal. ¶ Vnde Iacob. Nouel. in regul. 12. suarum, quas addidit aliis Petri Duenas, inquit, quod sicut honestũ est defendere uitã propriã sic & honorẽ; cunctis enim rebus honor est præferendus. Grãma. decis. 988. nu. 3. ideo crudelis ille dicitur, qui famam suã spernit. c. nolo. 12. q. 2. Grãma. consil. 19. num. 32. Marf. in pract. crimin. S. quoniam nu. 89. & hæc ego quoque latẽ postũ in d. l. ut uim. col. pen. quare remanet ex prædictis secundum fundamentum sublatum; quod 144 pro legitimatis fiebat. ¶ & ob id ad solutionem tertii descendendo, in quo dicitur, hic non adesse uerba, quę ad natiuitatem referantur, & dico quod licet uerbum natis fuerit omisum, tamen subintelligi debet, probatur, in l. Gallus. S. nunc de lege. ff. de lib. & post. ibi (tamen ex hæredem instituas) scilicet nasciturum subdit Glo. & in l. 3. S. nominatim. ff. de in ius. test. ibi (Quicumque mihi nascetur siue ita ex Seia ex hæres esto) nam subintelligitur ex Seia scilicet nasciturus; unde sic in casu nostro dici dicit D. Iacobũ fuisse substitutũ si D. Paulus decesserit sine filiis legitimis & naturalibus. ex legitimo matrimonio. S. natis. ¶ Vnde non est faciendã uis in exemplis doctorum de filiis ex legitimo matrimonio natis, quia est expressio eius quod tacitè inest, quę nihil operatur. l. 3. ff. de leg. 1. & ulterius hoc confirmatur ex doctrina Baldi in c. 1. S. naturales. verf. quæro quid. si de feud fuer. contro. ubi ponit quæstionem de feudo tibi concesso pro te & tuis filiis ex te legitimè descendentes, nã nec ibi fuit expressa mentio facta natiuitatis, & tamen uult Bald. quod non contineantur legitimati per subsequens matrimoniũ ad exclusionẽ substituti. Sed & accedit ratio: nam si ponamus testatorem tantũ dixisse, si decesserit sine filiis legitimis & naturalibus, clarum est, necessariã non esse natiuitatem ad inducendam legitimationem, unde siue per rescriptum, siue per oblationẽ curiæ, uel per nominationem patris filii sint legitimati, uerũ est, eos dici legitimos & naturales, tamen si legitimi nõ sint nati, ergo si testator dictis uerbis non contentus ad 146 didit, ex legitimo matrimonio ¶ ne dicta uerba uana sint & otiosa, contra doct. Bal. in rub. C. de contra. emp. q. 9. dici debet, id omnino factum ab eo ad denotandum necessitatẽ natiuitatis pro consequenda legitimati, licet uerbum natis, non expresserit. & hoc est quod eleganter sentit Natta consil. 624. num. 18. refe-

rendo Baldum consil. 367. vol. 5. passim citatũ, Nam ponit exemplum Natta, si quis decesserit sine filiis ex legitimo matrimonio sine uerbo natis, dicens quod non uerificatur in legitimo per subsequens matrimonium: quoniam specificatio talis uerbi non est necessaria, cum 147 subintelligatur, ut ex prædictis patet. ¶ Et ultra Nattam D. meui Zuccar. in rub. ff. si cer. pet. posito suo casu licet cum uerbo natis, non se fundat in eo, sed ponderat illam præpositionẽ de, quę denotat causam materialem, & materia filiorum legitimatorum per sequens matrimonium non dicitur de legitimo matrimonio quia quã ad materiã reducti sunt, adhuc nõ erat matrimonium, ergo non sunt tales, qui faciã deficere fidẽ commissum; deinde citat Baldum in d. cõf. 367. quare patet, non esse faciendam uim super expressione uerbi natis, immo uerò sicut in casu Baldi & D. mei Zuccardi substitutio facta fuerat cum præpositione de, quã præter quod denotat causam materialem, denotat etiam causam proximã & immediatã. l. 1. S. nunc uideamus. ibi (hoc enim non de bonis aui sed propter bona postea eis accrescere) & ibi Bar. ff. de coniu. cum eman. lib. cum filiis milibus, per Dec. in Rub. ff. si cer. pe. in re. p. ariter idem dici debet in casu nostro, ubi dictũ fuit de filiis ex legitimo matrimonio ¶ nã dictio ex, pariter denotat causam proximã & immediatã, Bar. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure, Bal. in l. 1. C. si cer. pet. Ias. in l. non dubium, nu. 23. C. de leg. unde qualitas legitimatis concurrere debet tempore natiuitatis, ut concludit Paris. consil. 9. num. 44. & consil. 122. num. 146. uolum. 2. <sup>sup. substituendo iup. d. 103</sup>  
150. ¶ Nec postremò Decius in allegato consil. 155. ad fi. facit differentiam, nunquid testator dixerit de filiis legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio, uel an addiderit uerbum natis immo licet non bene specificet casum super quo consuluit, colligitur quod in substitutione uerbum natis, continebatur, ut patet ex c. cum in cunctis, iuncta. Glo. in c. innotuit, de elect. & ex consil. Baldi. 363. vol. 5. de quibus mentionem facit, quæ hoc casu loquuntur, & ita cessat omni nõ tertium fundamentum. <sup>in d. l. 103</sup>  
151. ¶ Ad quartum, quod subsequenter matrimonium purgat omnia uicia, respondetur, illud procedere quod ad officia, & dignitates, uel honores, non autem quod ad successiones, in quibus ius alteri fuit quæstum; Ita Luc. de Pẽna in l. eos. C. de his qui spon. mun. lib. 11. quæstio. 3. Natta consil. 602. nu. 2. rursum licet subsequens matrimonium purget omnem maculam præcedentem, tamen non ideo fit quin adfuerit macula in generatione, at testator dum requirit legitimam natiuitatem, uult eam esse purã & immaculatã. Ita Natta consil. 624. n. 25. ubi 152 probat hoc à simili, ¶ nam uidemus, quod de legitimatiõ per rescriptum abstergit quoq; omnem maculam præcedentem. & tamen nõ efficit

efficit, quin in præteritum macula infuerit, & ideo licet legitimatus per Imperatorem careat nomine spurii, & ei sine contumelia dici non possit, tu es spurius, potest tamen dici, tu fuisi spurius. Quod uerò dicitur de fictione translata, quæ locum habet in legitimatione per sequens matrimonium, tollitur ex eiusdem Nattæ dictis eodẽ loco, qui subdit, quod testator excludere uoluit omnem fictionem, dum requirit filium legitimè natum, & negari non potest, quod legitimatus per subsequens matrimonium non sit legitimè natus secundum ueritatem, quam testator intuetur.

153. ¶ Nunc ad quintum descendendo, dicens quod filii D. Pauli neutro modo se ueri possunt: nõ enim primo modo dicentes se uerè & naturaliter legitimos secundum legem naturæ. Quoniam testatores locuti sunt de filiis legitimis, & naturalibus ex legitimo matrimonio, non autem de legitimis ex lege naturæ. inst. de iure nat. in princ. Vbi iure naturali descendit maris atque feminæ coniugatio, quam nos matrimonium appellamus, si nos, ergo non ius naturale, nec ante nos. ¶ Quia inclusio unius temporis est alterius temporis exclusio. l. cum prætor. ff. de iud. nec unum tempus determinatum recipit alterius temporis functionẽ. Bal. in c. licet, col. 1. de sup. negli. præl. Ias. in auth. quę supplicatio, col. 2. C. de præc. imper. offer. sed nec secundo modo legitimi filii secundum leges dici possunt: quia testatores loquentes de legitimis ex legitimo matrimonio intellexerunt de talibus immediatè quod nascuntur propter dictionẽ ex, ut supra deduxi n. 108. & geminationem uerborum consideratã nu. 61. quibus & id genus sic stantibus uerba non uerificatur in legitimatis per sequens matrimonium, ut latius in discursu superius discussum fuit, ubi me remitto.

155. ¶ Ad sextum uerò fundamentum, quod fit in l. cum quis. ad fin. C. de natur. liber. multipliciter responderi potest. Et in primis, quod Imperator ibi locutus fuit de filiis natis post contractum matrimonium cum concubina, qui dicuntur ex iisdem matrimoniis procreati, ex quibus ante nati legitimati sunt, ita quod dictio. Iisdem, facit relationem in genere non in specie. l. 2. in prin. cum ibi not. ff. si cer. pe. non autem Imperatoris intentio fuit uelle dicere, quod ante nati secuto matrimonio dicantur ex iisdem matrimoniis procreati sicut postea nati, probatur hic intellectus expositione casus quem Iustinianus supra commemorat de filiis natis ex concubina ante dotalia instrumenta composita, & quod postea alios iterum ex eodem matrimonio liberos procreauit pater, nã posteriores liberi, qui post dotem editi sunt, uolebant totum patrimonium sibi uindicare, ut iusti & in potestate patris, & anteriores fratres repellere, quam iniquitatem ferre nõ lès Iustinianus rationibus, quas subdit, dicit in ra-

li casu omnes liberos siue ante dotalia instrumenta editos siue post, una eademque lance trutinari & omnes esse in potestate suo genitorum, ita ut nec prior nec iunior ullo habeantur discrimine, sed qui ex iisdem matrimoniis procreati sunt, & simili perfruantur fortuna, hoc est æquales sint natis ante dictum matrimonium, non autẽ eos repellant, ut uolebant facere, hoc enim est tollere illam iniquitatem, quam supra dixit nolle pati. Vocauit ergo natos ex iisdem matrimoniis posteriores, non au-

156 tem priores, ¶ & hoc etiam demonstrat ipse met Imperator in S. fin. inst. de nup. ubi postquam dixit, natos ante dotalia instrumenta, illis postea celebratis effici in potestate patris. subdit (quod & aliis liberis qui ex eodem matrimonio postea fuerint procreati similiter nostra constitutio præbuit) & sic ex dicta relatione patet, eum in d. l. cum quis. fuisse locutum de natis post matrimonium in finalibus uerbis. Quod etiam confirmatur, quia de illis post natis & eorum iniquitate contra natos ante su prælocutus fuit. Vnde respondendo dictæ iniquitati, quam dixit nolle pati, dici non potest in fine eum locutum fuisse de prioribus sed de posterioribus, ut responsio conueniat propositioni superius factæ. S. præterea. inst. de inur. 157 stipul. ¶ Et certè mirum mihi fatis, superque uidetur, quod si textus ille faueret legitimatis per sequens matrimonium, sentiens aut dicere uolens eos dici procreatos ex iisdem matrimoniis, quibus nati postea dicuntur, cur doctores illum non allegassent, qui partes legitimitati ueri conati sunt? Nam non uideo quem Doctorem illum ad hoc citasse præter Angustolium in allegato consilio 74. qui frigide satis & inspidè eum citauit. hoc enim est euidentis signum, quod nihil ad rem facit quæstionis præsentis, prout uerè non facit.

158. ¶ Secundò, posito quod loqueretur ille textus de natis ante matrimonium, uelletq; illos simili perfrui fortuna cū natis post matrimonium, tamen adhuc contendere posset, eum casui nostro non conuenire, loquitur enim quod ad ius patriæ potestatis, & successione patris non autem quod ad exclusionem substituti uocari, prout in casu nostro: quia est alius casus diuersus successione, in quo tractatur de admisione, uel exclusione alterius personæ ¶ & æquiparatio procedit in casu æquiparato & non aliter. Ita Roma. consil. 179. col. 4. ver. tertio respondetur. Matel. in tract. extens. col. 6. Brun. in tract. quod stant. maf. 8. articulo. primo sub nu. 110. Paris. consil. 49. nu. 86. uol. 3.

Tertio dico, quod æquiparatio de legitimè nato ad legitimatum per subsequens matrimonium non fit propter similitudinem casuum, & rationis identitatem, ut de filio & seruo cõtingit, inst. quod cum eo, in prin. sed fit uirtute fictionis, ut probatur in d. c. tanta. ibi [legitimi] 160 habeantur ¶ aliud est enim esse talẽ, & aliud haberi

haberi pro tali. Glo. in l. mercis. ff. de uer. signi. sed hanc fictionem testator exclusit, loquendo de filiis legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio, quibus planè uerbis se retulit ad initium nataliū, ut supra deduxi, meritò cessat in hoc casu equiparatio prædicta, sicque forma liter responderet Natta conf. 602. nu. 5.

161 † Nec dicat aliquis, testatores casum uerum & fidum pariter comprehendere uoluisse, cum sit uterque eiusdem effectus l. Deo nobis. C. de epis. & cle. Quoniam negatur idem effectus cum per legitime natos decor successorum cōseruetur, secus uerò per legitimatos sequenti matrimonio, secundum Bald. conf. 367. vol. 5. Ber. conf. 167. col. 3. vol. 2. Quin, ut ille subdit post Bald. testator exprimendo de filiis legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio, uideretur naturam & non accidens considerasse. l. si ita quis. §. is cui. ff. de legat. secundò, & ad ipsam genituram ueram & naturalem respectu xisse, ut uerba inferunt. † quæ semper in dubio sunt naturaliter & non accidentaliter intelligenda. l. qui habet. ff. de tutel. ergo comprehendendi non debent illegitimè nati ex post facto, licet per subsequens matrimonium legitimati, quamuis dici possent ad similitudinem eorum qui uerè ex legitimo matrimonio nati fuerunt, nam quod est simile, non est idè. l. quod Nerua. ff. de pos. ergo donec est aliquis naturalis, qui sit ab origine legitimus, ut est Do. Iacobus Trotus, illi qui ex post facto accidentaliter fuerunt propter matrimonium subsequens legitimati, uelut sunt aduersarii, non debent admitti, nec excludere substitutū contra mentem testatorum, quæ colligitur ex illis uerbis. Ex legitimo matrimonio, † & hæc est ueritas, ut concludit Bal. & Bero. locis citatis, quam cæteris reiectis sequi debemus c. ueritate. c. qui contempta. 8. distin. ueritati nam que semper locus esse debet. l. si. ff. de prob. Ceph. conf. 261. nu. 18. maxime uerò apud graues uiros, quos ueritatem semper colere deceat l. 1. C. de edi. liber. toll. l. cum ita legatum. ff. de cond. & demon. Alex. conf. 62. in prin. vol. 4.

164 decif. Senat. Pedemontani 29. in prin. † omnium namque fortissima est, ut habetur lib. 3. Esdra. c. 4. Bal. in l. eos C. de testi. eaque mater iusticiæ nuncupatur. Bald. in l. libertini. ff. de sta. ho. Paris. abundè conf. 54 n. 19. vol. 1. Soc. conf. 20. col. 1. inter consilia Curtii Senioris decif. Pedemontana. 30. in prin. & eam in iudicio latere peccatum est mortale. Glo. in c. constitutus primo, de testi. Ceph. conf. 165. nu. 15.

165 † Quarto & ultimo loco non prætereo, quòd tex. in d. l. cum quis, legitur in pandectis hoc modo ( sed qui ex iisdem maioribus procreati sunt simili perfruuntur fortuna ) quæ lectura mihi ualde placet: quia sine aliquo scrupulo cōuenit. & natis ante & post matrimonium, cum uerum sit, eos omnes esse natos ex iisdem maioribus, & secundum hanc lecturam tollitur obie-

ctum: quia non dicitur ibi natos ante matrimonium esse procreatos ex matrimonio postea secuto. Teneat modo studiosus quisque lector, & ingenio suo sequatur, quod sibi magis arridet ex supra deductis, aut si felicitus penetrare potest id efficat etiam atque etiam rogo.

166 † Quòd uerò ad doctrinam Cyni. in l. nuper. C. de nat. lib. parum adducor, qui dicit, quòd per subsequens matrimonium nouus filius uel noua qualitas filii procreatur. Quia uerum est iuris ciuilibus ministerio ac artificio sed testatores non ad illud sed ad naturale nascendi modum respexerunt, ut superius dictum fuit, igitur illa doctrina casui nostro non obstat.

167 † Ad ultimum tandem deueniens concernens multos, qui pro legitimatis aduersus substitutum citantur, diligentius est considerandum circa cumulatōes per Roland. à Valle conf. 11. nu. 19. uol. 2. nam Decius, de quo meminit in uariis locis, parum constans sibi fuit, nam posito quod in c. cum in cunctis. de electi. in cōf. 155. in fin. & in l. generaliter. in fi. C. de insti. & sub. inclinasset pro legitimatis, tamen in cōf. 1614. inclinat aduersus eū, prout supra deduxi. nu. 112. † Parisius uerò qui pariter citatur in conf. 13. nu. 40 & conf. 15. col. 2. vol. 2. loquitur in legitimo per sequens matrimonium, qui substitutum excludit sub illa conditione si decesserit sine filiis legitimis institutus. sed quid dici deberet, quando dictum fuisset de filiis legitimis ex legitimo matrimonio, prout in casu nostro, non attingit Paris. † rursum Alciat. lib. 3. de uerb. signi. stat pro legitimatione, quando substitutio facta fuit ab extraneo, prout in casu nostro licet Didac. in §. 2. secundæ partis epito. col. fin. dissentiat, sed utrumque sit, idem Alciat. licet respon. 501. pro legitimatione tenuerit, tamen aduersus eum respondit respon. 201. & 666. plus addēs bis uel ter ita fuisse iudicatum in amplissimo Senatu Mediolanensi, cuius auctoritas est suprema. † Trotus uero in l. Gallus. §. & quid si tantum nu. mihi 82. loquitur in dispositione statuti excludentis filiam tantibus masculis legitimè natis, unde potè eo casu tolerari, quòd dispositio talis statuti uerificetur in legitimo per sequens matrimonium, at non idem iuris est dicendum in dispositione hominis, secundum communem resolutionem doctorum, de qua supra dixi nu. 96. parique modo de statuto loquitur Do. meus

171 Riminal. conf. 78. à me supra citatus. † & ad illud, quod inquit de consilio Alexandri pænes illum constituto pro legitimo, cum non appareat nec in fonte uideri possit illud consilium, non debet ex eo numerus eorum augeri qui partes legitimati fouent, ut declarat Dec. conf. 159. col. 3. uolens non stari doctoribus referentibus alios, quorum lecturæ uel cōmentaria non habentur, arg. tex. in auth. si quis in aliquo C. de eden. & ad Burtrum in d. c. innotuit. quem citat Petr. Duennas in allegata regula

gula 350. nu. 8. eadem cadit responsio, quod loquitur in terminis illius tex. de dispo. legis, ut patet per exemplum, quod adfert de statuto. immo cum se remittat ad dicta per eum in c. per uenerabilem. qui fil. sint legi. ubi distinguit inter dispositionem legis & testatoris, patet quod Butrius stat pro substituto contra legitimum. † De cius quoque conf. 284. num. 9. citatus à Petro Duenn. qui cōm testatur, loquitur de legitimo per rescriptum stante substitutione facta simpliciter alicui, si decesserit sine filiis legitimis, qui legitimatus excludit substitutum, at secus est stante substitutione, si quis decesserit sine filiis legitimè natis uel ex legitimo matrimonio quia tali casu non procedit illa cōis conclusio sed limitatur ad fauorem substituti. ut per Alexand. in l. generaliter. §. cū aut. col. 2. C. de inst. & sub. & conf. 11. col. 10. ver. non obstat octauus, vol. 1. Dec. conf. 425. col. 4. Paris. conf. 9. nu. 46. vol. 2. & alibi sepe Doctores à me cumulati supra nu. 64. & quorum plures idem concludunt in legitimo per sequens matrimonium, ut ibidem demonstraui nu. 66. cum duobus sequentibus.

173 tibus. † Quòd uerò pertinet ad Boeri. decif. 159. nu. 20. post Bal. conf. 329. punctus, quidam substituit. vol. 2. in anti. considerandum est, in quo casu loquatur Bal. & secundum illum quoque uenit intelligendus Boer. quia alicui si deciderit intelligi debet secundum allegata per eū, ut per Bar. in l. non solum. §. liberationis uerba. ff. de lib. leg. at Bald. ponit uerba substitutionis in hunc modum, si Stephanus moreretur sine filiis legitimis, aut ex suo corpore descendentibus, uultque tali casu legitimatum per subsequens matrimonium excludere substitutum, quod mirum uideri non debet. Nam & legitimatus per rescriptum id faceret cū uerba de filiis legitimis simpliciter loquerentur. immo uerò etiam naturalis tantum, ut considerat Bal. ibidem. At nos loquimur in substitutione facta alicui si decesserit sine filiis legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio, quæ respiciunt legitimum nascendi modum usque à principio, qui non verificatur in legitimo quocumque licet per sequens matrimonium, ut supra deduxi, meritò patet illam decisionem Baldi & Boerii non officere casui nostro. † Nec postremò Rui. conf. 163. nu. 6. & 7. per Duennam citatus uol. 3. testatur communem, nec aduersatur legitimo, sed potius ei famulatur, post Angel. in l. sed est questum. ff. de liberis & posthumis. dicens, quòd licet matrimonium contractum in articulo mortis ualeat, & per illud legitimentur filii, ut firmat Cyn. in l. nuper. C. de natur. lib. Io. And. & alii in c. tanta. qui fil. sint leg. Bal. in l. si quis posthumos, in prin. ff. de libe. & posth. cum aliis concordantibus, de quibus per Alex. Tamen secus est, quando matrimonium fuisset contractum in fraudem substituti, prout in dubio sic factum præsumitur, & illud idem tenet Rui. conf. 211. nu. 7. vol. 1. & conf. 46. nu. 7. vol. 2. Pe-

trus Duennas in allegata regula 350. in prima limitatione. Et in hac causa Cephal. in d. conf. 276. nu. 30. considerans, quod Do. Paulus tempore allegati matrimonii contracti grauer agriora bat, & ob id non carebat fraudis suspitione, sic ut ex eo filii non fuerint legitimati ad prædictum D. Iacobi substituti.

175 † Aduerri quoque dēt ad Cast. in l. fin. C. de his qui ven. etar. impe. in fi. qui uisus est pro legitimatis tenere, nam nō se firmat, sed dicit esse uidentū. But. in d. c. per uenerabile. & ita per dicit Rol. à Val. cōf. h. n. 47. vo. 2. declarado, quod Castreus loquitur casu, in quo substitō facta fuerat alicui decedenti sine filiis legitimis & naturalibus, quæ tunc est uerum, quod secundum testatōis legitimatus per sequens matrimonium excluderet substitutum. At secus quando substitō facta fuerat decedenti sine filiis ex legitimo matrimonio preceatis. immo tali casu Castreus aliter sentit, dū se remittit ad notata per Bur. in d. c. per uenerabile. qui tenet, substitutum non excludi à legitimo per subsequens matrimonium. † Sic quoque se remittit Imola in d. c. innotuit ad Bur. in d. c. per uenerabile. ut animaduertit Rui. conf. 192. n. 16. vol. 3. & ut idè dicit. n. 14. Salyer. in d. l. si totas. loquitur in dispositione legis. quod et firmiter Rol. in alleg. conf. h. sub n. 46. Alios quoque non prætereo, quos præ allegatos supra citat Angussol. in d. conf. 74. col. 2. ut Abb. in d. c. innotuit. nu. 17. de elec. & in c. tanta, nu. 7. qui fil. leg. dicentem, quod in feudo concessio alicui pro se & legitimè natis, uel legitimè descendentes, ueniunt legitimati per sequens matrimonium, quod & alii plerique uoluerunt cumulari per Bur.

177 fat. in d. conf. 18. num. 3. cum seq. † Et dico quod eorum decisio tolerabilis esse potè in feudo: quoniam tractatur in eo de præiudicio duntaxat concedentis, ut quod legitimatus per subsequens matrimonium comprehendatur sub illis uerbis legitimè natorum uel descendentes, nec ad eum feudum reuertatur per mortem uasalli, qui nullos filios ex legitimo matrimonio natus reliquit. Nam semper uerba contenta in inuestitura interpretari debent in fauorem uasalli contra Dominum suum, ut tradit Afflic. in prelud. feudo. col. 15. uer. iuxta hoc quæro. Iacob. Leonar. inter consilia Bruni conf. 117. nu. 132. Burfatus conf. 4. nu. 29. At in fideicommissio, ad quod quis uocatur (ut in proposito nro D. Iacob. Trotus) agitur de præiudicio substituti admittendo legitimatos per subsequens matrimonium ad eius exclusionem, meritò sub illis uerbis, legitimè natis uel legitimè descendentes, comprehendendi non debent, ne tertio, hoc est substituto fiat præiudicium l. nec auus. C. de eman. lib. cum uulg.

178 † Secundò subest & alia dicit non mediocriter inter feudum & fideicommissum, nam feudum non prætextu pecunie, sed amore & honore Domini præstat. c. 1. de feud. dat. in uic. leg. commissio. Brun. conf. 41. nu. 17. unde diffinitur per Oberum de Orto compilatorem consuetudinū feudum Hip. Rim. T. Secundus. V u d alium.

dalium. c. 1. §. in primis. in quibus casib. feud: amit. illud esse beneficium quod ex beneuolentia datur. sequitur Natta consi. 683. numero 5.

179 † sicut & in donatione videmus, quæ procedit affectionis gratia erga bene merentes amicos, affectionis, ff. de dona. hoc est quando donans habet affectionem ad personam donatarii, causa cuius affectionis mouetur ad exercendum liberalitatem in eum, prout ibi Castr. & alii declarant. Vel et fieri potest atque frequentius, quod ob seruitia magni ponderis impensa percipi, resque præclare gestas in eum vel Reipublicis fuerit inuestitus, feudumque fuerit consecretus. quibus ita stantibus feudum facilliter transire debet ad legitimatos per sequens matrimonium descendentes ab illo primo inuestito

180 to ob raras animi sui dotes † vel benemerita sua, quæ transeunt ad suos posteriores, ut uoluit Bal. consi. 355. præmittendum est, col. 2. uolum. 1. quem refert Soc. consi. 84. col. 3. uolum. 3. & pbat in l. nemini. & in l. petitione, C. de aduoc. diuer. iudi. quibus cauetur, quod filii remunerantur ex parentum meritis, ponit Roma. cõs. 291.

181 † Quod etiam procedit, si descendentes essent rei criminis alicuius, ut ob merita maiorum suorum sit eis ignoscendum, unde Tullius lib. 2. de inuentione. Oportebit (inquit) omni, qui sibi ut ignoscatur, postulabit, maiorum suorum

182 beneficia, si qua extabunt proferre. † Hinc apud Liuium. 1. Decad. lib. 2. Appius cum in uincola duceretur, maiorum merita in Rempublic. col. lata commemorabat, ut pena deprecaret. Nec

183 deest exemplum memoria repetendum † Benenice alii Pherenica dictæ cognomento Calipatera, quæ cum uirum habitu mentita ludis mulieribus interdictis interfuisset, ubi Pistodum filium coronatum uidit, meritis suorum maiorum fuit absoluta. cum aliis secundum legem ex Typeo prærupto monte præcipitareretur, quæ id fecisse essent deprehensæ, prout auctores sūt Pausanias lib. 5. & Aelianus de varia historia li

184 bro 2. c. 7. † Liuius quoque, 1. Decad. lib. 4. scriptum reliquit. M. Posthumium Tribunum ob rem male ab eo gestam decem millibus æris fuisse damnatum, uerum postea ab omnibus Tribubus absolutum fuisse ob memoriam Connati patris

185 tris venerabilis uiri & iam exactæ ætatis † Sed & Tacitus lib. 2. refert Plautio Laterano mortem, quam ex sceleribus meruerat, fuisse remissam ob patris egregium meritum, quæ licet aliis adduxerim in l. si vnus. §. pactus ne peteret col. pe. ff. de pac. sup. uacaneu non fuit hic ea repetere, ut magis innotescerent, & legentes utrobique uel altero loco, magis oblectarent, iuxta illud [Decies repetita placuunt] Et quoniam hic à fortiori deferuunt, ut feudum concessum maioribus benemeritis transfundatur in tales legitimatos, qui licet in peccato geniti sint, non tamen ipsi peccauerunt, sed alieno tantum uitio laborabant, antequam ad legitimatam reducerentur.

186 † At hæreditates hodie deferuntur ad de-

scendentes iure legitimæ successione, quæ causatur ex legitimo matrimonio. §. Legitimi, in aut. quib. mod. nat. effi. sui. ubi dicitur [legitimi siquid de successores procedunt hoib. ex nuptiis quas contrahunt] qui uero sine matrimonio nascebantur vel prorsus fuerunt reiecti, ut spurii, uel si naturalis erant, cum moderamine quodam admitti, prout hinc in §. siue igitur, eo. tit. & in auth. licet. C. de natur. lib. demum uero sancitum fuit per Imperatorem, legitimatos per oblationem Curie, per rescriptum & subsequens matrimonium succedere, prout hinc in auth. quib. mod. nat. effi. leg. & quib. mod. nat. effi. sui. † Igitur in proposito nostro, quod testator instituit filios, & si decesserit sine filiis legitimis & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis, dicitur deest, quod intellexerit de legitimis successoribus primo modo mediante matrimonio cum nascerentur, non autem ceteris modis per legitimaciones introductis, cum si pariter legitimatos complecti uoluisset, satis erat dicere de filiis legitimis & naturalibus, quia legitimati quocumque modo sunt tales, sed ad iecit & ex legitimo matrimonio præcreatis, uel legitime natis, aut legitime descendebat. ad exclusionem legitimatorum quocumque modo, quod sic oportet fateri, cum uerba sic intelligi debeant, ut aliquid operentur. l. si quando, ff. de leg. 1. c. si Pa. pa. de priu. in 6. Immo nullum uerbum debet esse superfluum, si alius sanus intellectus possit accommodari. l. 1. in prin. & ibi not. ff. quod me. cau. fa. l. 1. in fi. cum ibi not. ff. ad munic. & quod not. in c. solita. uerbo. tanquam. de maio. & ob. Castr. consi. 57. primo uidentur est de intellectu. col. 1. uolum. 1. † alia si uerba non operentur, ludibrio cederetur apposta & elusorie, quod fieri non debet. l. fin. §. non autem C. de bon. qua. lib. l. cum aliis in fin. C. de cur. fur. c. commissa §. porro. de elect. libr. sexto, hinc Bald. consi. 5. 1. generali statuto, in si. uolum. 5. dixit, quod singula uerba legis, & singula uerba priuilegii debent habere aliquid ponderis, & ad aliquem effectum trahi, per l. item ueniunt, §. ap. tanta. ff. de pet. hære. † Immo uero debent intelligi uerba improprie & contra eorum naturam potius quam ut nihil operentur. l. si stipularus fuero per te. l. stipulatio ista. §. sed si seruus, & §. possidere. ff. de uer. ob. c. si sententia. de sent. exco. in 6. quæ iura ad hoc propositum citat Abb. consi. 32. col. 1. uolum. 2. tradit Dec. consi. 48. colum. 2. & consi. 69. colum. 3. Craue. consi. 135.

191 n. 24. † & ulterius uerba intelligi debent, ad correctionem iuris cõis potius quam quod nihil operentur, auct. ex testamento. ubi Fulg. Roman. & Moder. iusta. l. 1. C. de colla. ubi, ut uerba aliquid operentur, summitur argumentum à contrario sensu etiam ad correctionem iuris communis. Idemque tradit Castr. consil. 175. col. 4. uolum. 1. consi. 83. col. 2. uolum. 3. latè moder. in l. 1. ff. de offi. eius. Craue. consi. 92. nu. 5. consi. 118. nu. 19. Quare sic in terminis nostris illa uerba sine filiis legitime natis siue ex legitimo matrimonio, debent intelligi ad exclusionem

ne quocumque modo legitimatorum, & sic ad correctionem iuris cõis, quos eos admittebat potius quam quod nihil operentur tantibus illis præcedentibus legitimis & naturalibus. unde iam patet argumentum de feudis, i quibus. multi Doctores loquuntur, ad fideicommissum, de quo nos agimus, non esse tutum

192 † Venio nunc ad alios Doctores cumulatatos per Angussoliu in illo suo cõs. 74. uidelicet Castr. cõs. 180. n. 15. uol. 1. qui nihil offendit opinionem meam pro substituto, cum loquatur de statuto, sicque de dispo. legis. & an appellatione simpliciter legitimorum comprehendatur legitimatus per sequens matrimonium determinans post Butri in d. c. per venerabile, quod sic, idemque; latius Didacus in 2. par. epitomes, c. 8. nu. 10. hoc. n. ut concedam, non tamen idem dicitur, quod ueniat appellatione legitime natorum siue ex legitimo matrimonio natorum, per superius satis dicta. Et quod inquit Ripa in l. si vnquam. q. 32. C. de reuo. don. de substituto sub conditione, si institutus decesserit sine filiis natis ex legitimo matrimonio, fundatur in consilio Decii 155. ad finem, qui secus sentit stante geminatione uerborum hic concurrente. † Et idem Ripa citatus in l. ex facto. §. si quis rogatus. n. 47. ff. ad treb. distinguit post Abbatem in c. innotuit. col. 6. de elect. inter legitimum de iure ciuili, & de iure canonico, quod est secundo casu non confectis instrumentis dotalibus, negans hoc casu, substitutum excludi, quod casu nro deferuit, ubi non interueniunt instrumenta prædicta, sicque; Ripa nobis famulatur. Postremò supersunt alii cumulatati per Bursatum consi. 10. n. 6. & consi. 18. n. 3. cum sequ. qui uerè pro maiori parte loquuntur in feudis, & ideo non obstat. ut Mandos. reg. 18. q. 6. n. 5. Pet. Duen. regula filius naturalis. Villalobos uerbo legitimatus ob matrimonium. 6. ampl. n. 74. Viuius in com. opi. uerbo. filii nati ex legitimo matrimonio, Emanu. Suarez. uerbo legitimatus ob matrimonium Iuli. Clar. §. feudum. q. 82. Gabriel. Roma. in suis conclus. de legitimatione. cõcl. 1. n. 21. lib. 6. & Porti. Imol. lib. 4. concl. 36. Silua. con. 3. nu. 20. Cur. iu. cõs. 136. ubi (quod est plus) consuluit et contra legitimatum. Bero. i. c. in p̄sentia, n. 240. de pb. Emil. cõs. 132. n. 11. Celsus Hugo cõs. 119. n. 5. ultra quod non ponit uerba cõselsionis, & sic non concludit, sicut nec Vasqui. eodem modo loquens. lib. 1. de succe. p̄gres. §. 2. par. 2. n. 52. ubi patet, quot

194 ex cumulatatis ad partem cõtrariam deficiat uerificari; quod inquit Sfortia Oddo Perusinus in trac. cõp̄diosa substitõnis, particula 6. uerbo an legitimati, uer. secundum casus. ubi dicit, quod non oēs qui allegant, loquuntur in casu proposito, & (ut dicitur solet) in terminis terminatibus. sicut nec Neuiz. cõs. 99. n. 22. qui ponit de quada legitima, nunquam excludat substitutos, nec ponit quod statet uerba substitutionis, nec in quibus terminis loquitur illa cõior opi. quæ asserit pro legitimo, unde nil certum ex eo colligitur † Superest id tantum laboris, ut alios quosdam recenseat, quod magis stringere uideretur fortasse legentibus. eos,

nisi pro me tollerent, aut interpretationem dignam reciperent. Et in primis Consilium Collegii Patuini, quod scribit Matus cõs. 191. & refert Soc. iun. consi. 63. n. 52. & cõs. 77. n. 15. uolum. 3. & magnificat Burl. in d. consi. 18. dicitur esse maioris auctoritatis consilio cuiuslibet Doctoris licet antiqui & celebris, & pro eo magis esse plurimum. secum dum Abba. in c. prudenter, n. 4. de off. deleg. Curt. cõs. 56. n. 5. Dec. cõs. 400. n. 1. Gabr. Rom. i suis

196 conclusionibus. de testi. cõcl. 4. n. 9. † Nam considerandum est, quod tota uis Collegii Patuini consuletis uersabatur in clausulis amplissimis & repetitis Comitum legitimatis & habetis auctoritate, quod motu proprio, de certa scientia & de plenitudine potestatis motus fuerat ad legitimandum, & amplius uoluerat legitimatio suam ualere & locum habere in quacunque; dispositione, & ultima uoluntate de filiis ex legitimo matrimonio natis, quod uerba sic erant clara, quod quouis modo cauillari non poterat, sed erat sequenda, nec ab eis ullo modo recedendum. ille autem ille. §. cum in uerbis. & l. non aliter. ff. de leg. 3. Igitur si legitimatio prædicta tot clausulis & præcis uerbis munita non fuisset, Collegium Patuini pro legitimo non responderet. unde non licet argumetari de illa legitimatione (licet per rescriptum) tantum prægnanti ad nostram simplicem, nullis clausulis, nullisque; uerborum phaleris roborata, pro subsequens matrimonium. † Licet. n. talis legitimatio ceteri soleat præior & efficacior alia quacunque; legitimatio, ut ponit Paris. cõs. 13. n. 40. & cõs. 15. col. 2. uolum. 2. Rol. à Val. consi. 100. n. 6. uolum. 2. tamè argumentum sumi debebat ab illa facta per rescriptum simpliciter, non autem cum tot clausulis & uerbis præcis, quibus. caret ista per sequens matrimonium si non argumentum ad maius, quod de illa legitimatione per rescriptum ad hæc pro subsequens matrimonium desumitur, non procedit, quando id quod minus uerè est in ueritate maius aliquo respectu, prout est gl. not. in cle. si super uerbo uidebat. de reb. eccl. non aliter. quæ potest ad hoc Castr. in auth. multo magis. C. de sacr. san. eccl. & est de mente Hosti. & Præpositi in c. per uenerabile. qui filii sint legi dicentes, quod tunc procedit argumentum ad maiori, quando minus continetur

199 sub maiori, alioquin secus. † Nam quandoque quis dare potest equum magni valoris, qui non possit dare capram. §. præterea si quis generaliter. inf. de act. Itè multi possunt maiora, quod non possunt minora, iure, consuetudine, uel priuilegio repugnantis. sequitur Euerar. in cetera sua loco à minori, col. 3. sic. n. contingit in terminis Collegii Patuini, namque; illa legitimatio per rescriptum, super qua consuluit, erat in ueritate maior nostra propter clausulas prægnantes, uerbaque; clara & præcisa, merito non licuit ex illa ad istam argumentari. & hæc responsio sufficiat.

200 † Quamuis ex abundanti non esset os in celum ponere, si diceretur, quod illæ clausulæ motus proprii, ex certa scientia & de plenitudine potestatis, non poterant nec debebant operari de iure in notabile præiudicium

V u 2 tertii,

tertiū, prout erat, q̄ legitimatus ex rescripto vir-  
tute earum redderetur capax auiti fideicommissi,  
si vocatis nepotes legitimos & naturales, & ex  
legitimo matrimonio in præiudicium venien-  
tis ab intestato cessante fideicommissio, q̄d (meo  
iudicio) cessabat in eo casu: † Sicut. n. quan-  
do substitutio facta fuit alicui decedenti sine fi-  
liis legitime natis vel ex legitimo matrimonio  
legitimatus per rescriptum non excludit substi-  
tutum secundum omnium sententiam, vt per Bal. &  
alios in l. Gallus. §. si eius. ad fi. ff. de lib. & posth.  
Castr. in l. si. nume. 6. C. de his qui ven. eta. im-  
pe. Andr. Sicut. in l. cum acutissimi, nu. 279. C.  
de fideic. Alex. Ias. & Dec. in l. generaliter. §. cū  
autem. C. de insti. & substi. Alex. confi. 2. nu. 13.  
vol. 1. conf. 172. nu. 2. vol. 7. Dec. conf. 155. nu.  
7. conf. 425. nu. 4. Bertran. conf. 213. n. 6. 7. vol.  
secundo. Grat. respon. 65. numero 6. uolumi.  
1. Imol. in l. ex facto. §. si quis rogatus. in fi. ff. ad  
treb. Aret. in l. ex facto, nu. 10. ff. de vulg. Bero.  
conf. 180. n. 16. vol. 2. Soc. in cōf. 65. n. 2. vol. 2.  
conf. 63. n. 16. conf. 110. n. 25. conf. 145. nu. 39.  
vol. 3. conf. 82. n. 16. 17. vol. 4. Cur. iun. conf. 64.  
nu. 12. Rui. conf. 80. nu. 7. 8. & conf. 95. n. 7. vol.  
3. Paris. conf. 9. nu. 45. & conf. 12. n. 147. vol. 2.  
Ceph. conf. 66. nu. 14. conf. 82. nu. 19. & confil.  
111. nu. 6. Neuz. conf. 99. nu. 25. & Crot. confi.  
113. nu. 2. sicut & Natta conf. 624. num. 10. qui  
omnes dicunt, hanc esse verissimam decisionē  
& communem, quod in specie testantur Areti.  
Alex. Paris. & Soc. iun. ita pariter quādo vocati  
fuerant legitimi & naturales & ex legitimo ma-  
trimonio uati, prout in casu Cōsiliū Parauini, le-  
gitimatus per rescriptum non debebat admitti  
sed cessante tali casu fideicommissio locus po-  
tius esse debebat venientibus ab intestato.  
202 † Quibus dicta clausula non debebant præ-  
iudicare, nam quod attinet ad primam, motus  
proprii, non operatur in præiudicium tertii, se-  
cundū glo. & Doc. in c. si motu proprio, de præ-  
ben. in 6. Cald. & Imol. in c. mandatum. de resc.  
Abb. in c. aures. eo. tit. Ruin. conf. 229. n. 7. vol.  
1. conf. 63. nu. 3. vol. 5. † Idemque planē di-  
ci potest de clausula ex certa scientia, prout ex  
multis videre licet à me cumulatis conf. 18. n.  
115. quibus nunc addo Ruinum conf. 123. nu.  
20. vol. 3. Curtium conf. 49. nu. 34. ver. Decimo  
tertiō dicunt. Soc. iun. conf. 77. n. 105. vol. 1. &  
in clausula de plenitudine potestatis idem con-  
cluditur per alios plerisque potestatis idem con-  
clato. nume. 116. quibus addo nunc Anto-  
nium de Pretis in tract. de iurisdic. Episcopi.  
c. 1. col. 2. & 3. vbi de omnibus prædictis clausu-  
lis idem firmat † Nec voluntas legitimantis,  
q̄ legitimatio sua locum haberet in dispositio-  
ne de filiis ex legitimo matrimonio natis loquen-  
tes, debebat operari posse in præiudicium tertii  
substituti tali casu, sed in alia dispositione quæ  
tertio non præiudicaret, ut in casu glossæ & Do-  
ctorum in c. innotuit, de elec. quibus ita respō-  
det Alex. conf. 5. lib. nu. 8. vol. 7. unde non im-

203 meritō reperio, q̄ † Soc. iun. qui fuit unus ex  
quatuor relatoribus Collegii Parauini, noluit  
confi. memorato se subscribere, motus rationi-  
bus, quas ponit cōtra legitimum cōf. 65. vol.  
2. in qua sententia perdurauit idem Soc. iun. cōf. 9.  
nu. 15. vol. 3. Parisiū, secutus in eodem casu Col-  
legii Parauini contra illud consulentem conf.  
12. nu. 147. cum sequen. vol. secundo, sicut etiā  
consuluit Gratus in dicto casu resp. 158. vol. 2.  
quo loco n. 30. respondet clausulis memoratis,  
vt supra feci.  
206 † Postremō non omitto, q̄ ille Sfortia loco  
citato, col. antepen. scriptū reliquit, q̄ ex quo  
tenentes in indiuiduo partē substituti non ex-  
cedunt numerū eorū, qui in propriis terminis  
tenēt aliā legitimati, ut calculo manifestari po-  
test. Et hinc & inde sunt attestaciones de cōi, &  
quod ad auctoritates res est æqualis. Igitur iuri-  
bus notissimis benignior & æquior opinio ten-  
nenda est. sicut est illa, quæ tendit in fauorē fi-  
liorum & matrimonii. & illum Sfortiam sequi-  
tur ad unguem Burfat. in allegato conf. 18. sub  
n. 10. Circa quorum conclusionem diligentius  
207 est cōsiderādus calculus ab eis firmatus. nā  
si de medio tollantur illi, qui vel sibi parum cō-  
stantes fuerunt in hac quæstione vel materia; si  
cut & alii qui in diuersis terminis à casu nostro  
scripserunt. Quisque de feudis locuti sunt nō de  
substitutione, quos sigillatim retuli à numero  
167. citra longo discursu. demumque Consi-  
lium Collegii Parauini periculosum, facile pa-  
tebit ceteros à me missos, ut partem legitima-  
ti fouentes, longè pauciores remanere scriben-  
tibus pro substituto. Nā pro substituto concu-  
runt oēs à me relati supra nu. 94. qui sunt decē  
& septem, numerus tanto magis excreuit agre-  
gatis illis, qui Baldū secuti sunt in l. Gallus. §. si  
eius. in fi. ff. de libe. & posth. & in c. 1. §. naturales  
si de feud fuer. contro. volentē, q̄ in fideicommissio  
vel alia dispositione loquente de filiis legiti-  
mē natis, aut legitime descendētibus, legitima-  
tus non excludat substitutum per rationes quæ  
militant pariter in legitimitate per subsequens  
matrimoniu, ut de primis dixi supra nu. 64. cū  
sequētibus. & de secundis n. 88. nā uerbis illis hæc  
ex legitimo matrimonio natis, conueniunt ut  
ex se patet, nec negari pōt. Oib. igitur Baldi se-  
quacibus cumulatis unā cū ceteris, qui tenent  
in terminis opinionē pro substituto longè ma-  
iori numero sunt Doctores pro eo quā quam pro le-  
gitimato, & ita cessat, q̄ auctoritates sint æqua-  
les, vt dicebat Sfortia. † Quod verō beni-  
gnior & æquior sit opi. pro legitimitate, cum tē-  
dat in fauorē filiorū & matrimonii, nō est ope-  
repreciū disputare, nā cū repugnēt ei uerba tes-  
tatoris loquētis de filiis ortis ex legitimo ma-  
trimonio, & quæ substituto deseruiūt, talis eius  
volūtas, quæ lex est. §. disponat. in auth. de nup.  
seruari dēt in oib. l. cum talis, in fi. C. de legat.  
ibi, in omnibus etenim testatoris voluntatem  
dominari censemus, Rol. a Valle conf. 76. num.  
30. vol.

30. uol. 1. nec pars legitimitati tendit in fauorē  
matrimonii, cum stent simul, matrimonium se-  
quens ualuisse, nec istud in dubiū refricatur, &  
tamen quod legitimatus ex eo substitutum nō  
excludat ob uerbis quæ repugnant à testatore  
prolata. Quare concluditur, magnificum Do-  
Jacobum substitutum admittendum esse legi-  
timatis exclusis.  
Hippoly. Riminaldi. Ferrar.

Pro Camera Serenissimi Ducis Ferrarise.

ARGUMENTVM.

Priuilegium concessum per Serenissimum Ducē  
Ferrarię hominibus Milliarii, q̄ decetero ad ga-  
bellas in communi Ferrarię minimē tenean-  
tur, non extenditur ad imponendas per ipsum  
Principem, neque ad bona postea quęstia per  
dictos homines.

SVM MARIVM.

- 1 Comitatus qualiter olim caperetur, & nūc capitur
- 2 Comitatus dicuntur quicunq; de comitatu sunt.
- 3 Districtus proprie appellatione quid significetur.
- 4 Quicquid est intra confines iurisdictionis alius Domini presumitur esse de iurisdictione illius Domini.
- 5 Districtus appellatione in fauorabilibus ueniunt nedam suburbia, sed etiam ciuitas, sed contra nu. 34. & seqq.
- 6 Materia liberans à gabellis fauorabilis est. Gabella sunt odiose.
- 8 Immunitas à gabellis licet uideatur continere priuilegiū, tamē ampliari, & late interpretari dicitur.
- 9 Priuilegiū tollens legē priuatiā late interpretatur.
- 10 Verba generalia generaliter sunt intelligenda.
- 10 Locutio generalis quo ad uerba nihil relinquit intactum.
- 11 Verbo generali omnia includuntur.
- 12 Dicitio, Aliquas, est uniuersalis.
- 13 Si promittatur damnum nō inferri ab aliquo, intelli- gitur à quocunq; etiam Principe.
- 14 Hęc uerba, quod quis non admittatur ad aliquam successionem, qualiter intelligantur.
- 15 Verba hęc, aliquid impedimentū, uerificatur in quolibet uel minimo impedimento.
- 16 Paris alicuius appellatione uenit qualibet mini- ma pars.
- 17 Per uerbum circumscriptio, simpliciter prolatum in- telligitur de illa, quę est ex proposito, secus si dica- tur de aliqua circumscriptio.
- 18 Priuilegiū immunitatis si dicatur, quod quidam ho- mines ad aliquas gabellas non teneantur, qualiter sit intelligendum.
- 19 Quod declaratur nu. 47. & seqq.
- 19 Priuilegium concedens immunitatem à gabellis in communi ciuitatis non extenditur ad imponendas per Principem.

- 20 Per generalē dispositionē non intelligitur superior uo- luisse derogare Priuilegijs singulariū personarū.
- 21 Immunitas est stricti iuris. Item contra ius commune. nu. 22. Item non includit nisi in specie nominatos, ibidem.
- 23 Subrogatum sapit naturam eius in cuius locum sub- rogatur. Fallit quādo fit subrogatio in locū iā extincti. n. 25. Item ubi subrogatio tendit ad diuersa. nu. 27.
- 24 Si filia cum iuramento promisit nō succedere Patri nūquid nepotes ex ea possint cū patris succedere.
- 26 Quādo dispositio aliqua loquitur cum aliquo præ- supposito, si d. præsuppositum non uerificatur, ces- sat dispositio.
- 28 Immunitas simpliciter concessa bonis porrigitur ad bona postea quęstia. Quod non habet locum, si priuilegium loquitur de terris, bonis & possessionibus, quas habent. 29.
- 30 Vna pars declarat aliam.
- 31 Subsequentia declarant præcedentia, & è contra.
- 32 Libello standum est contra producentem.
- 33 Fundamētum intentionis suę quis probare tenetur
- 35 Intellectus ad l. 1. §. cum uerbis. ff. de offic. pref. urb.
- 36 Ciuitates alia præter Romā muretores clauduntur.
- 37 Extensio de persona ad personam non fit. Quod multo minus procedit in materia gabellarū. 38 Si quis exigat uetigal ab aliqua persona, non sequi- tur, ut ab alijs personis idem uetigal exigere pos- sit. 39. Relatiuum, quę sine copula restringit.
- 42 Vbi unum uerbum speciale additur alteri uerbo ge- nerali, restringitur eius significatus.

CONSILIVM CCXXIII.

Auxilium meum à Domino.

**A**LBARINI quādam domum  
emerunt in Ciuitate Ferrarię,  
aliam uerō uendidit in eius  
suburbis, quarum gabellas pe-  
tunt ab eis Officiales gabellarū,  
at hi prætendunt ad eas se non teneri uigore  
priuilegiū Ducalis iamdiu concessi communi-  
tatis, & hominibus Milliarii, unde originem  
ducunt Albarini. Videndum est igitur quorū  
potior sit intentio. Et pro Albarinis ponderan-  
tur uerba priuilegiū, quę de Comitatu & di-  
strictu communis Ferrarię loquuntur. Nam li-  
cet si quis annales nostros curiosus euoluerit  
cognosceret Comitatus † muneris, & admini-  
strationis olim fuisse, non patrimonii nomen,  
ut refert Connanus in commentar. iuris ciui-  
lis, lib. secundo, cap. 3. colum. 5. tamen apud no-  
stros Doctores uerbo Comitatus, proprie & na-  
turaliter sumpto significatur territorium Vil-  
larum, uel Castrorum pertinens ad Ciuitatem,  
vt per Felinum in capitulo Rodulphus. in uer-  
Comitatus, de rescriptis. Vnde Comitaten-  
ses † dicuntur quicunq; de Comitatu sunt, vt  
etiam scribit Connanus libro 4. capitulo 15.  
V u 3 columna

- 3 columna tertia, sicut & appellatione † districtus proprie significatur locus positus intra vniuersitatem agrorum ciuitatis, & quicquid est intra confines, & terminos territorii, seu districtus dicitur esse territorii, seu districtus ut latè ponit Paris de Puteo in tractatu de reintegra. feudi, in titulo de fini. feud. versiculo qualiter probetur. Sicut etiam quicquid est in tra † confines iurisdictionis alicuius Domini, præsumitur etiam de iurisdictione illius Domini, vt dicunt Castr. Soc. & Moderni in l. 1. in principio ff. de acquiren. possessio. Butri. Abb. & ceteri in capitulo nimis. de iure iur. Alb. in l. Imperatores. ff. de seruitu. rustico. prædio. Soc. consilio 127. uolumine primo. Alciat. responso 175. in principio, Paseth. consilio vndecimo, numero secundo, meritò cum dicti homines Milliarum eximantur à gabellis in Comitatu, & districtu Ferrariae, non debent ad istas teneri pro domibus memoratis; quoniam in fauorabilius appellatione † districtus veniunt nedum suburbia, sed etiam ciuitas, vt post Brixi. in ver. districtus, tradit Fel. in eodem verbo. in dicto capitulo Rodolphus. ad finem. At materia liberans † à gabellis fauorabilis est, cum gabellæ † sint odiosæ. Bartol. in l. si pupillus. ff. ad legem falcid. Come. consilio 199. columna quarta, uolumine primo, consilio 106. & consilio 194. uolumine quarto. Iaf. in l. prima, in princ. numero septimo, ff. si ex nox. ca. Dec. consilio 457. numero 8. & Craue. consi. 111. numero 26 & consilio 231. in fine, Senatus Pedemon. decisio. quarta, numero septimo, & magis in specie tradit Dec. consilio 48. columna penultima, ad finem, vbi dicit, quòd licet † immunitas à gabellis videatur continere priuilegiu, tamen ampliari debet, & latè interpretari: quia priuat legem priuatam scilicet statutum, quòd loquitur de gabellis, non autem tollit legem 9 communem, vnde latè tunc interpretatur priuilegium, vt est tex. notat. in capitulo olim, de verborum significa. secundum intellectum Hostien. & Ioan. And. sequitur Alciat. respon. 216. qui pariter in immunitate gabellarum per priuilegium concessa loquitur. idemque Nicola. Festatus. in tract. de collect. quarta parte capitulo 7. numero 8.
- Secundò accedit, quòd in dicto priuilegio dicitur *dictos homines ad aliquas collectas, onera, grauamina, vel gabellas non teneri*. Ergo id intelligi debet siue pro bonis sitis Milliarum, siue alicubi in Comitatu, vel in ciuitate Ferrariae: quia 10 verba † generalia generaliter intelligenda. l. 1. §. generaliter. ff. de lega. præterea locutio generalis quoad verba nihil relinquit intactum. Baldus consilio 305. verba Principis. uolumine primo, & uerbo generali † omnia includuntur, Baldus consilio 191. in testamento. uolumine primo, Crauet. consi. 133. numero 5. consi. 218. nu. 14. & Iaf. in l. non dubium, nu. 38. C. de legib.
- 12 Tertiò ponderatur dictio † aliquas, iuncta uerbo gabellas, quæ uniuersalis est. Hostien. in cap. cum satis. de off. Archid. Ioan. And. in c. qui quis, de elect. Gemin. conf. 29. colum. 2. consi. 65. colum. 3. Soc. consilio 3. colum. 3. vol. 13. vnde si promittatur † damnum non inferri ab aliquo, intelligitur à quocunque etiam Principe. Gozad. consilio 27. colum. 5. & Soci. 275. columna septima, versiculo & ad illam vniuersalem, uolumine secundo, vbi quòd quis 14 non admittatur † ad aliquam successione intelligitur neque ex testamento, neque ab in testato, neque de iure ciuili, neque de iure prætorio, neque directò, neque per fideicommissum. Et si dicatur aliquid † impedimenti uerificatur in quolibet, vel minimo impedimento. Soci. consilio 117. colum. 3. uolum. 3. hinc si 16 dicatur † de aliqua parte, intelligitur de qua libet licet minima. glo. in clementina prima, in uer. aut earum parte. de foro competen. quam Card. Lauden. Paul. Leazar. Gen. & Innocen. sequuntur, Baldusque in cap. quoniam. de testib. confirmat & post eum Dec. col. 1. Et licet uerbum † circumscriptio, simpliciter prolatum intelligatur de illa, quæ est ex proposito. glo. in l. item si prætio, §. fina. ff. loc. l. exceptiones. & ibi Soc. no. 4. ff. de except. Card. Flor. consi. 20. ramen si dicatur, aliquam circumscriptioem, de quacunque intelligitur, siue ex proposito, siue ex re ipsa, propter illam dictionem aliquam, per gloss. supra citatam. Idemque ponit Imol. consilio primo, colum. 3. & multa id genus cumulat Tiraq. in l. si unquam. in uer. uel partem aliquam, numero 14. C. de reuoc. donat. Quare si dicitur, dictos homines ad aliquas gabellas 18 † non teneri, debet intelligi quocunque loco contraxerint. Et ita licet latius in effectu concluditur pro dictis Albarinis.
- Sed tamen prædictis minimè repugnanti- bus arbitror contrarium prorsus esse dicendum, nam inuicissimè Dux Hercules mandauit, quòd dd. homines ad gabellas in comuni suo Ferrariae decetero minimè teneantur. Vnde cū 19 solum liberet dictos homines † à gabellis imponendis per d. Commune, non autem dicat aliquid de imponendis per ipsum Principem, patet, quòd ibi noluit hanc legem imponere, ne talia opera ipse posset imponere: non enim sibi sed inferioribus uoluit legem imponere. l. si quis in princ. ff. de leg. 3. ita formaliter tradit Castr. consi. 134. notandum est. columna sexta. in antiquis. quem sequitur Fely. in d. c. Rodolphus. in uer. districtus, colum. si. Et licet (ut subdit idem Castrensis) si Princeps postea fecisset generalem prouisionem de soluendis gabellis, sub ea non comprehenderentur dicti homines. Et quia non esset præsumendum eos in- 20 cludi, cum per generalem dispositionem † non intelligatur superior uoluisse derogare priuilegiis singularium personarum l. secunda. §. meritò, ff. ne quid in loco publico, l. ex facto.

- cto. cum ibi not. ff. de uulg. Dec. consilio 33. numero 6. consilio 64. colum. fina. Franc. Beccius consi. 12. nu. 35. D. meus Rimi. consi. 73. nu. 19.
- Tamen non inde sequitur, quòd dicti homines dicantur exempti à gabellis, quæ iam per ipsum Ducem, & etiam per Ducem Borsum fuerant ordinatæ, & ad eos pertinebant, nõ autem ad commune Ferrariae, vt patet in libro gabellarum Platæ, ubi Dux Borsius locabat gabellas, officiales ponebat, & Dux Hercules modum in eis exigendis constituerebat, suas semper eas appellando, & alia id genus faciebant, prout & hodie fit nomine Serenissimi Ducis 21 moderni; quoniam immunitas † est stricti iuris l. prima, ff. de iure immun. l. prima, C. de immunita. ne conced. libro decimo. Alexander consilio secundo, columna sexta, uolumine 1. & vt inquit Dec. consilio 468. numero 31. est 22 † contra ius commune; ideo non includit nisi in specie nominatos, sequitur Festus. in tracta. de collect. in tertia parte, capitulo 7. numero 49.
- Nec dici potest, si facit immunes à gabellis impositis in communi Ferrariae, ergo & ab impositis per ipsum Ducem, qui loco Communis in eis successit, cum potissimè subrogatū 23 † solet sapere naturam eius, in cuius locum subrogatur. l. si cum §. qui iniuriarum. ff. si quis cauti. Quoniam hanc consequentiam proster- nit Baldus in l. pactum, quòd dotali, questio- 24 ne 18. C. de collat. vbi loquitur de filia, † quæ cum iuramentò promissit non succedere patri queritque, nunquid nepotes ex ea succedere possint cum patris? Et in primis arguit quòd non; quia succedunt loco matris, sed mater est exclusa, ergo & eius locum tenens. Tamen contrarium determinat post Bartolum in l. qui superstitis ff. de acquirenda hereditate, & obiecto responderet, quòd succedit loco matris per locum à remotione, seu priuatione matris; & 25 ideo non potest † assumere sibi naturam iam extinctam, sed assumit sibi locum, quem reperit vacantem. Sic enim dici debet in casu nostro, quòd licet Dux successisset in gabellis loco communis Ferrariae; quia tamen successit per locum à remotione seu priuatione Communis, non assumit naturam d. Communis iam extinctam, sed assumpsit sibi locum uacantem repertum, ideoque potest consequi gabellas à prædictis hominibus, licet Commune non posset, sicut & ille nepos potest succedere, licet eius mater non posset. Et hæc est optima similitudo, quæ cauillari non potest.
- Secundò comprobatur hæc conclusio. Nam cum Dux Hercules mandet, quòd dictos homines ad aliquas gabellas in dicto Communi non teneantur, loquitur cum eo præsupposito, quòd gabellæ deberentur dicto Communi. At hoc præsuppositum non erat tunc uerum, sicut nec nunc est; quia sibi debeban- tur, sicut & nunc Serenissimo Duci, ergo priuilegium prædictum cessare debet, nec dictis 26 hominibus prodesse; quando enim † dispositio aliqua loquitur cum aliquo præsupposito, si dictum præsuppositum non verificatur, cessat dispositio, & locum non habet, vt post gloss. tradit Iacob. Butriga. Fulgos. & Castrensis in l. mancipia. C. de seruis fugitiuis, & ad illud, quòd Dux loco Communis fuerit subro- 27 gatus † non debet operari, quòd idem iuris sequatur, cum subrogatio Ducis ad diuersa tendat, uidelicet, vt sibi particulariter acquiratur, non autem Communitati, prout prius fiebat, quo casu subrogatum non sapit eandem naturam eius in cuius locum subrogatur. l. si in fundo. §. si fundus. ff. de iur. dot. Bart. in repet. l. pater filium. colum. penul. vers. non obstat. ff. de inoff. testam. Soc. in reg. 383. fal. 2. Soc. iun. consi. 74. nu. 22. vol. 3.
- Tertiò considero, quòd statim subiungit Princeps, *quòd dicti homines estimati in terra Milliarum pro bonis & terris, & possessionibus, quas habent in Comitatu & districtu Ferrariae, non estimantur in communi Ferrariae*. Licet enim † immunitas simpliciter concessa bonis porrigatur ad bona postea quæ sita, cap. quia circa. de priuilegiis. l. si seruitus, ff. de seruitut. urbanorum prædiorum, Imol. post Bartol. in l. danni. §. si is qui ædes ff. de dam. infect. Alex. consi. 178. in occurrenti casu, columna tertia. uolumine secundo, cum similibus cumulatis per Nattam consilio 66. numero 13. & consilio 328. numero quarto, & consilio 525. Bero. consilio 173. numero 27. uolumine primo. Paris. qui communem testatur, consilio 69. numero 7. & decimo, vol. 1. Ruin. consilio 217. numero 17. uolumine primo, Bursat. consilio 16. num. 77. tamen † cum loquatur de terris, bonis & possessionibus, quas habent, clarum est, quòd non comprehendit futuras, & in futurum quærendas, l. si stipulatus fuero. §. cum stipulamur. ff. de uerborum obligatio. l. si à colono. eodem titulo, Barto. & Doct. utrobique & in l. si ita. ff. de aur. & argen. legato. Alex. in materia immunitatis consilio 177. columna quarta, uersiculo nunc restat respondere. uolumine secundo, meritò quatenus in præcedenti particula mandat eos non tene-ri ad aliquas gabellas, debet intelligi eodem modo pro bonis, quæ tunc habentur, non autem in futurum quærentur; quia una pars 30 † declarat aliam l. si seruus plurium. in fine, de legatis primò, & subsequencia † declarat 31 præcedentia, sicut & contra l. tertia. §. filius. ff. de liberis & posthumis. Bartolus in l. talis scriptura, ff. de legatis primò. Iafon in l. prima, C. de liberis præteritis. Decius in capitulo secundo requirit. de appellatio. At clarum est, domum emptam Ferrariae proximis diebus per Albarinos emptam fuisse, vt in libello dicitur, 32 cui † standum est contra eos. l. cum præcū. & ibi not. C. de liber. causa, & ex instrumento Vu 4 emptio.

emptionis rogato per Bonsignorium confirma- tur. Alteram vero, quam vendiderunt in suburbiiis, non apparet fuisse suorum precessorum re- pore priuilegii, de quo loquimur, prout proba- re debebant; quia est fundamentum intera- rionis suae, & cum de illo tempore loquatur, de- buerunt illud probare. l. eum actum. & ibi Bart. ff. de neg. gest. Barb. Iaf. & alii in rub. C. qui ad- mit. in princ. vbi quandoque dixi, Bar. in l. non- solum. S. sed vt probari. ff. de oper. noui. nuncia- cum sim. merito non possunt niti priuilegio- predicto quo ad gabellas harum domorum po- stea quasitarum. Sola vis est in tollendis obiectis, quae tamen- verè non obstant, namque ad primum, quod in- 34 fauorabilibus, & appellacione districtus ven- niant nedum suburbia, sed etiam ciuitas; mi- rum est quomodo Brixien. & Fely. allegati di- xerint hoc per l. 1. S. cum vrbem, ff. de off. praef. 35 vbi qui text. id non probat; nam bene dici- tur, ibi quod quicquid admissum fuerit intra- vrbem, & intra centesimum milliarium perti- net ad cognitionem Praefecti Vrbs, ex commis- sione Vrbs facta fidei suae, & sic ibi probatur, quod appellacione Vrbs veniat & quod muris- clauditur, & extra reperitur intra centum mil- liaria, quod in Vrbe Romana videtur procede- 36 re, non autem in aliis ciuitatibus; quae mu- rotenus clauduntur, vt ibi tradit Alber. per l. 2. ff. de verb. sign. cum sim. quas citat, sed non pro- bat ille S. cum vrbem, quod appellacione comi- tatus, aut districtus veniat ciuitas, aut subur- bia; sed vt nunquē sit, immunitas concessa fuit- à gabellis impositis in communi Ferrariae, nō- autem pro ipsam Principem, & extensio fieri- 37 non solet de vna persona ad aliam, vt tradit- Aret. in l. Gallus. S. & quid si tantum, colum. 4. ff. de libe. & posthum. Dec. consi. 18. nu. 9. Cep- hal. consi. 2. nu. 22. Bursat. consi. 13. nume. 17. 38 tantoque minus in materia nostra. Sicut e- nim in acquisitione iurium incorporalium nō- fit extensio de persona ad personam; puta si- 39 quis exigit vectigal ab aliqua persona, nō- inde sequitur, vt ab aliis personis idem vecti- gital exigere possit, ut tradit Innocent. in c. dilectus. super verbo possessorium de capell. Monach. Speculat. in S. primo, de iurisdic. omni- um iudicum, versiculo istud etiam. Castren. in l. restituta. circa princ. ff. ad Trebellia. Natta consilio 274. numero 17. pari modo qd- Albarini ius liberationis quaesierint gabella- rum, quae per commune Ferrariae imponerent- non sequitur, vt idem iuris quaesierint aduer- sus impositas per Principem. Rursus cum ius- acquisierint pro bonis; quae tunc habebant- tempore priuilegii sibi concessi, non autem- pro querendis postea, ut superius ostendi, &- 40 denotat relatiuum quae, sine copula, quod- restringit. l. ea tamen adiectio. & ibi Barto. ff. de legatis tertio, merito corrui obiectum. Ad secundum & tertium vbi consideran-

tur uerba generalia, & vniuersalia propter di- ctionem aliquas; respondetur, quod di- cta generalitas, & vniuersalitas verborum re- stricta fuit ad gabellas debitas Communi Fer- rariae, ibi, ad aliquas gabellas in d. Communi us- tro de castro minime veniantur, merito non po- test ulterius operari; quia vbi unum uerbum- 41 speciale additur alteri uerbo generali, re- stringit eius significatum, Bartolus in l. sed & si- adiciatur. ff. pro socio. Gozad. consilio 60. col- lumna finali, Rubens consilio 50. columna pe- nultima. Parisius consilio 102. numero 12. vo- lumine primo, & i deo cum non agatur de ga- bellis debitis communi Ferrariae sed Serenissi- mo Duci nostro, patet, non esse locum priu- legio predicto, tantoque magis, quod immu- nitas concessa fuit pro rebus tunc quasitis, non autem pro querendis postea, de quibus- 42 agitur, ut superius ostensum fuit. Quare recte iudicatum fuit, gabellas debe- ri per Dominos superiores gabellarum, sicque- dicta sententia debet confirmari, & iudicari- bene iudicatum, & male appellatum fuisse.

Hippoly. Riminaldi Ferrar.

Pro Camera eiusdem Serenissimi Ducis Ferrariae.

ARGUMENTUM.

De donatione facta sub conditione, quod fieret- cuius infra annum, & quod rem donatam nec- vendere, nec locare posset sine licentia donan- tis. Item de creditore habente hypothecata bo- na debitoris, qui ideo possessionem vacante- ingredi propria auctoritate potest. S Y M M A R I V M. 1 Verba ita tamen, possunt intelligi conditionaliter. Item stant restrictiue, & limitatiue preceden- tium. 2 Item habent vim limitationis & taxationis. 3 Relatum intelligitur esse in referente cum omnibus- 4 qualitibus suis. 5 Verba non aliter, nec alio modo, faciunt deficere con- sensum. 6 Quod procedit ubi agitur de declarando actu tertio- non prauidiciali, alioquin secus 36. & seqq. 7 Emphyteuta alienando saluo iure Domini, & non- aliter, nec alio modo, excusatur secundum com- muncem. 6. 7 Pactum qualificat donationem, cui inest- censetur idem pactum pars contractus. 8. 9 Pacto non seruatur virtus contractus. 10 Contractus ex conuentione partium legem acci- piunt.

11 Verba legant homines. 12 Vbi adest pactum debet intelligi recessum à iure- communi. 13 Verba debent aliquo operari ibidem. 14 Si locator promisit non expellere conductorem pen- dente locatione non poterit expellere, licet superuen- iat recessus locatori habitandi in domo sua. 13. 14 Vasallus potest alteri feudum infundere. 15 Fallit si fuerit appositum pactum de non alienan- do. 15. 16 Testis deponens de credulitate probat iure ratio- nis annexa multum versimilis. 17 Ex dictis prius, & post cognoscitur alicuius animus. 18 Donatio sub conditione resoluatur non seruatis con- ditionibus in ea positis. 19 Dominium rei donatae sub conditione, quae non fuit- seruata, transferatur ipso iure sine traditione. 20 Donatario ingrato erga donatam haeres eius molesta- ri non potest. Donatario autem non seruante conuentum in eius here- dem agi potest. 21 Huius ratio habetur nu. 22. 22 Instrumentum dicitur probatum probata. 23 Habet vim diffinitionis, ibidem. De illo iudicatur, ut de casu legio, ibidem. Instrumento standum est 24. 25 Mulctarum seuera compendia protinus avario prin- cipis quaruntur. 26 Bona debitoris sibi sunt ei tacite obligata. 27 Creditor potest ingredi possessionem domus vacante, & in ea insistere donec sibi satisfiat. Et hoc potest facere propria auctoritate. 28. 29 Mulier potest rem retinere pro dote, donec sibi salua- tur, si caperit possidere hereditate nondum adita. 30 Per clausulam omnes conditiones utiles, & dire- ctas sibi competentes etc. censetur cessio rei vin- dicatio & conditio ob causam. 31 Quo ad re liberae sedes habet. 32 Clausula constituti operariu sicam traditionem. 33 Donatio prius facta cum clausula constituti prefer- tur vltima alteri facta. 34 Statuo Ferrariae, quod non fiat translatio rerum- immobilium etc. alienata in forenses ipso iure, & facto consensatur. 35 Donatio facta sub conditione, si infra annum fieret- cuius, non censetur facta, ut annullaretur conditio- ne non impleta. 37 In prauidicialibus, non ualet protestatio. 38 Ius sibi nullus alius prater eum deducere potest. Idem cauetur a statuto, quod non fiat transla- tio. 26. 39. 40 Imputandum est ei qui non cogitauit hunc casum- facile contingere posse. 41 Que dicantur uerba enuuntiatina. Enunciatio quando non probent. 42. 43 Pactum non debet extendi. 44 Proxenetæ non admittuntur, nisi utraque parte- uolente.

CONSILIVM CCXXIII.

Auxilium meum a Domino.



AGNIFICVS Comes Domi- nus Camillus Costabilis instat ad- demnari Cameram Ducalem et- sibi relaxandum domum, aliàs per- eum donatam D. Francisco Mal- mignato sub conditione, qd fieret- eius infra- annum, & quod eam nec venderet nec locare- posset sine eius licentia. Quae donatio resoluta- fuit, & habita pro non facta propter dictas co- ditiones non seruatas: quia nec infra annum fuit- creatus cuius dictus Malmignatus, & dictam- domum locauit sine licentia dicti Comitis, cu- ius intentio iuri consona uideatur, nam de pra- dictis conditioibus apparet in instrumento di- cte donationis rogato per Sbarbaleum. In- quo primo dicitur, quod dictus Comes di- ctam domum donauit Malmignato, ita ta- men ut ipse eius efficiatur, quae uerba possunt- conditionaliter intelligi, sicut illa, tunc & eo- casu, secundum Beron. consi. 148. num. 30. vol. 2. & ponit Paris. consi. 17. nume. 19. vol. 1. ubi di- cit, quod dicta uerba stant restrictiue, & li- mitatiue precedentium, & in vim conditio- nis, post Saly. in l. ubi adhuc versitatam. C. de iure dot. & idem Beron. consi. 72. nu. 6. vol. 2. Ruin. consi. 18. nume. 12. & consi. 74. nume. 17. vol. 2. ubi dicit, quod non habent vim limitatio- nis & taxationis, & in quantum subiunxit, iux- ta tenorem licentiae habitae à magnifico D. Iu- dice 12. Sap. acquirendi dictam domum, & a- lia bona, ut constat ex instrumento rogato per- fer Cesarem à Sacratō, apparet, quod cum in di- cta licentia & in instrumento dicatur eum pacto, quod efficiatur cuius infra annum dictus Comes. Pari- ter intellexit, & uoluit, quod d. Malmigna- tus efficeretur cuius infra dicti tempus anni per- relationem ad instrumentum dictae licentiae, quia si relatum intelligitur esse in referente cū- omnibus qualitibus suis. l. asse toto. & ibi- Bal. & Ang. ff. de haer. ed. in fi. D. M. Rimi. conf. 6. nu. 37. & ibi dixi in Apostil. alios citans, qui- bus addo Nattam consi. 12. & Curt. Iun. con- silio 220. num. 49. Quin adeo dictus Comes donare uoluit cū- dicta conditione, seu limitatione, ac restrictio- ne, qd Malmignatus efficeretur cuius infra an- num, quod donare non uoluit eo non facto ci- ue, dum subiunxit, & non aliter nec alio modo, quae uerba faciunt deficere consensum suum, & nihil eum fecisse censeri. li. si quidem, & ibi- not. Bald. C. de except. Cur. conf. 8. nu. 4. Iaf. in rub. ff. solut. matr. cum. simi. per Ceph. conf. 296. nu. 12. & pulchrè Grammat. decif. 49. col. fin. vbi post Iaf. in l. 2. col. penult. C. de iur. em- phi. dicit, quod licet emphyteuta alienando- dicat saluo assensu Domini si procedat ad tra-

traditione, dicta uerba non releuant: quia dominus contentum uidetur, si tamen adiciat (& non aliter nec alio modo) excusatur, nec incidit in commissum: quia tunc nihil actum uidetur per emphiteutam, quam sententiam post multos dicit esse communem Rol. à Valle consil. 2. num. 30. uolum. 2. *illius*

Quod uero pertinet ad aliam conditionem probatur in eodem donationis instrumento, quatenus in eo dicitur. *His pactis in primis, quod dictus Malmignatus non possit, nec ei liceat durante uia ipsius Comititis ipsam domum uendere, nec ad usum fructum concedere, nisi cum licentia uoluntate, & consensu dicti Comititis sub pena priuationis, & amissionis dictae domus eidem Comiti applicandae.*

Id enim pactum dicitur qualificasse dictam donationem, cum in dicto contractu lecta uerba dicitur. ff. si cert. pet. l. iuris gētium. §. qui nimò. ff. de pact. & censetur pars ipsius contractus, arg. l. fundi partem. ff. de contrah. emp. merito fieri non potuit separatio dicti pacti ab ipso contractu principali donationis. arg. l. et si. si causa. ff. de min. sed actus in dicto rotu uitari debet eo pacto non seruato. c. cum dilecta. de rescri. cū similit. quibus sic arguit Corn. consil. 81. nu. 12. uol. 2. qui a contractus ex conuentione partium legem accipiunt. l. legē. C. de pact. conuent. l. 1. §. si conueniat. ff. de pos. Rol. à Valle. conf. 92. num. 3. uolum. 2. Emil. consil. 103. nu. 15. ubi per hoc dicit. pactis & conuentionibus statum esse: quia uerba ligant homines. infl. de oblig. in prim. & idem Natta consil. 382. nu. 1. dicens conuentiones & pacta seruari debent, & ubi adest pactum intelligi recessum esse à iure communi, ut uerba aliquid operentur. l. si quando. ff. de leg. 1. Ang. in not. q. in leg. de C. locat. ubi dicit, quod si locator promissit non expellere conductorem pendente locatio ne, non poterit expelli, licet superuenierit necessitas locatori habitandi in domo sua: quia per illa uerba uidetur recessum à natura contractus locationis, qualis erat, ut in dicto casu conductor teneretur recedere, ut in ea lege cauetur: quia illa uerba pacti debent aliquid operari. Dec. in l. fin. not. 3. ff. si cer. pe. & in c. quae in ecclesiarum. uers. cōsi. de consti. ubi dicit, qd licet aliàs Vasallus possit alteri feudum infeudare. c. 1. §. similiter. de leg. Cor. not. Abb. & Mod. in c. ex transmissa. de for. comp. si tamen est appositum pactum de non alienando, prohibita censetur infeudatio, ut uerba aliquid operentur. secundum Bald. in c. primo §. pretere rea. de cap. Corra. sicut autem Malmignatus primam conditionem non seruauit: quia non fecit se creati ciuem infra annu, nec etiam post. Ita secundae contrahentis, quia coniux sua d. domo locauit Cap. Liuius Grotto inherendo licentiae sibi oretenus datae de illam locando per ipsum Malmignatum, ut apparet in instrumento locationis, quae licentia corroborari uideatur ex testimonio Gaietae, dicentis se credere

quod uxor dicti Malmignati eam locauerit de illius commissione: quia non fecisset talem rem sine ea, probat enim licet de credulitate deponens uigore rationis annexa multum uerisimilis, ut per Ias. in rub. ff. de iurciur. sub num. 6. Dec. consil. 363. col. 2. consil. 489. nu. 12. Do. meus Rimi. consil. 11. nu. 30. & consil. 300. num. 42. & quia tam Gaieta, quam Petrus alius rellis, & ante & post affictu d. domus Grotto, dicunt quod Malmignatus eos requisit, ut curarent eam locari, & si non adesset, loquerentur cum eius uxore, cui commiserat quid agere deberet, ex iis enim quae prius, & post ille dixit, colligitur animus suus causa locandae pauonum. infl. de rer. diuis. Dec. consil. 336. in princ. sic quae iustificari uidentur assertio uocantur de licentia sibi data per maritum de locanda d. domo.

Quare stantibus praedictis donatione facta per D. Comititem Malmignato dicitur resoluta per conditiones in ea positas non seruatas. l. 1. C. de donat. quae sub mod. ubi dicitur, quod si donatarius legi appositae in donatione noluerit obtemperare, competit ei rei uindicatio, qua praesentium dominum sibi restitutus, quod ipso iure transfertur sine traditione, secundum Salic. ibi, & confirmat Bertra. consil. 163. secunda parte posteriorum, & licet dictus Comes hanc litem non mouerit uiuente Malmignato, sed post eius mortem tantum, tamen bene audiri debet: nam quicquid sit, quando donatarius ingratus fuit iniuriam committendo contra Donatorem, quod tunc haeres Donatarii molestari non potest. l. fin. C. de reuoc. donat. & ponunt Gl. Io. And. Io. ab Imol. & And. Sic. in c. fin. de donat. constitutum est, quando donatarius conuenta non seruauit, in eius hanc quoque agi posse, ut uolunt Cyn. Petr. à bella Petr. Fulg. & Saly. ibi, demumque Rip. q. fin. dicens hanc esse communem, quod agi potest ab heredibus, & contra haeres, quod etiam affirmat Bertran. in alleg. consil. 163. ratioque est, ut dicunt Cyn. & alii: quia reuocatio tali casu non est introducta contra communes regulas, sed secundum eas ex causa non seruata. l. 1. & per totum. ff. de cond. ob caus. & ex aequitate, quae dicitur, conuenta seruari. l. 1. ff. de pact. Vel (ut inquit Petr. à Bella pert.) talis reuocatio ob causam non secutam est ex quasi contractu, non autem ex maleficio, ideo competit aduersus haereditatem donatarii ius & actio dicto Comiti, qui caute egit ob inobseruantiam patris, non autem ob ingratitude Malmignati, iuxta distinctionem Fulgosi in d. l. fin. & Rip. q. 63. quam & aliàs sequutus fui in §. 1. Infl. de donat. nu. 557. & ex praedictis fundata uidetur intentio dicti Comititis aduersus Cameram Ducalem.

Quibus tamen non obstantibus illa defendi potest, nam de iuribus d. Malmignati constat in d. domo per instrumentum donationis sibi factae

factae per D. Comititem quod dicitur esse probatio probata, ut not. Ang. in l. interest. in 5. not. C. de solut. Soc. consil. 89. nu. 17. uol. 1. cōf. 2. col. 1. uol. 3. Deci. consil. 488. col. 2. & habet vim definitionis, & de illo iudicatur, ut de casu legis. Bal. consil. 215. col. 2. uol. 2. merito stant dum est illi. Paris. consil. 70. col. 2. vol. 3. Rol. à Valle consil. 40. num. 12. uolum. 2. hancque domum tenet, & possidet Camera Ducalis ratione poene scutorum centum, in qua condemnatus fuit d. Malmignatus ex delicto per eum commissio, quae fuit applicata Camere praedictae, prout etiam de iure disponitur, quod multarum seuerarum compedia protinus erario Principis quaruntur. l. multarum. C. de mod. mult. & tradit Bald. in tit. quae sint regal. Item ratione crediti militariae, quando Malmignatus factus fuit miles armatus, & habuit à Camera Ducali scutos 80. compensandos in pagis futuris, postea non compensatos nisi pro certa summa, cuius occasione Camere fuerunt obligata bona d. Malmignati, & sic dicta domus postea sibi donata nedum expressè ex instrumento d. crediti, sed etiam tacite de iure communi. l. si is qui. & ibi Bar. ff. de iur. fisci. Negul. de pignor. in 4. memb. secunda. per nam. 113. & Boss. in tit. de fisco. nu. 31. per l. 2. C. in quibus cau. pig. uel hippot. rati. contra. cum enim post sefio dictae domus uacans reperiretur, ut potest absente Malmignato propter causas praedictas, licuit agentibus Camere Ducalis ingredi possessionem illius, & in ea insisteret, donec sibi de credito suo satisfaceret, ut determinat Alex. in l. 1. C. de reud. hered. per. glof. in l. fin. C. unde ui. dicens, quod creditor habens rem hypothecam, si rei possessio sit uacans, poterit auctoritate propria rem illam apprehendere pro conseruatione sui iuris, sequitur Siluan. consil. 3. nu. 88. & de muliere uidemus, quod quae potest rem retinere pro dote, donec sibi soluatur, si priusquam haeres adierint, possidere ceperit, ut ponit Ias. in l. si non sortem. §. si centum. ff. de cond. indeb. Boer. deci. 44. num. 36. Bal. in l. penult. C. de non num. pecun. & in l. 1. C. de ser. pignor. dar. manum. Soc. cōf. sil. 131. col. 3. Deci. in l. dotis. C. de collat. & Rol. à Valle. consil. 77. nu. 35. uol. primo, quem sequitur Bursat. con. 8. nu. 15.

Nec obstant, hanc partem tenendo, contraria, & in primis actio per D. Comititem intentata contra dictam Cameram, nam uana (meo iudicio) redditur, ex eo, quod ille post donationem factam Malmignato donauit eandem domum magnifice D. Camillae uxori suae cum iuramento, narrans illam donationem factam per eum Malmignato fuisse deuolutam ad ipsum Comititem: quia locata fuit per ipsum Malmignatum contra conuenta per eum, & uxori suae cessit d. Comes omnes actiones utiles & directas sibi competentes, ut latius in instrumento rogato per ser. Andream Coccapanum.

Quibus ita stantibus dicitur ipse Comes esse sicut coniugi fuit rei uindicationem, & conditionem ob causam, prout expressè declarat Ripalib. 3 responsum cap. 8. col. 3. unde Camera Ducalis quod ad d. Comititem dicere potest fuit quod ad te liberam sedes habeo, & eum excludere. l. loci corpus. §. competit, & ibi Castr. Florian. & alii. ff. si ser. uind. eodem quoque uel simili modo laborat ulterius actio cumulata si mul cum praefata Comititis ex alia donatione sibi facta per eundem Comititem de dicta met domo de anno proxime lapsa, cum enim prius tam donasset Malmignato praesenti, & acceptati, postea donauit eam dictae magnifice eius uxori pariter praesenti, & acceptanti cum clausula constituti, quae saltem sciam traditionem operatur, ut per glof. in l. ab emptione, uerbo constituantur. ff. de pact. Bar. in l. si is qui pro emptore. col. penult. q. fin. ff. de usuc. & in l. certè. ff. de praecar. Bald. in l. 1. C. de suffrag. Corn. consil. 342. columna 3. uolum. primo, consil. 8. columna 2. uolum. secundo, Tiraquel. in tract. de iur. consil. 2. part. in princ. Unde dicta sine dubio praeferi debet ultima alteri factae. l. quoties. C. de rei uindica. ubi Guid. de Suzar. & Doct. notant, Iasonque nu. 35. Ioan. And. in ad dit. specul. de empt. & uendi. §. sciendum, uerbi quid si res tradita. Bald. in rub. C. de contrah. Empt. q. 16. Ruin. consil. 172. nu. 18. uolum. 1. Quare pari modo dicere potest Camera Ducalis aduersus illum donatarium, quod ad te liberam sedes habeo d. loci corpus. §. competit, & eum excludere.

Sed ut etiam donationem factam Malmignato tuetur ab inobseruantia, quam Comes operat aduersus eum, dico, quod attinet ad primam conditionem, quod efficeretur cuius infra annum, dictam conditionem fuisse appositam ad fauorem Malmignati, euitandi causa confiscationem dictae domus, ueluti forensis, & non cui donatae, quae tali casu ueniebat ipso iure & facto confiscanda, uigore fuit statuti quod non fiat translatio, columna 2. unde quod efficitur Malmignatus dictam domum acquirere posset, & acquisitam retinere, diu praecedenti licentiam impetrauerat à magnifico Iudice 12. Sap. eam acquirendi cum dicta conditione & alia sequenti d. Comes eam sibi donauit sub eadem conditione, non ut annullaretur dicta donatio fuit conditione non impleta: quia sic inducta in fauorem Malmignati retorquerentur in eius odium, contra. l. quod fauore C. de leg. sed quod magis augetur efficacia donationis per implementum dictae conditionis, prout in simili casu tradit Ang. post Guil. de Cuneo in l. nulla. ff. de leg. & Soc. consil. 100. nu. 7. uol. 4. nam si testator legat uxori domum addito, quod si minus ualere libris. 200. sibi supplere debeat, i. a quod habeat ualorem librarum 200. certè si domus plus ualeat, non debet eo pluri priuari: quia cum dicta uerba fuerint

rint apposita ad ampliandum fauorem uxoris non debent in eius odium restringi. l. legata in 36 utiliter. ff. de leg. 1. Et ad illa uerba nec aliter nec alio modo, respondetur, quod operantur, ubi agitur de declarando actu tertio non praeiudiciali, alioquin secus, ut declarat Bal. in l. si quidem. C. de excep. tali que casu non profunt ad cautelam: quia in praeiudicialibus non 37 ualet protestatio, t secundum Bald. in c. fin. col. 9. uerf. Aduocati dicunt, de confes. Cur. in tract. de feud. 4. par. q. 20. col. pen. prout hic esset praeiudicialis Ma' mignato. Secundo posito, quod d. donatio sibi facta redderetur nulla propter dictam conditionem non impletam, tamen aduertit debet, hoc non posse cedere ad commodum Comitibus, qui in hunc casum sibi non prouidit, sed fisci, cui res forensis donata ipso iure & facto confiscatur secundum formam 38 dicti statuti, quod ius t fisci nullus alius praeter cum deducere potest, ut tradit Bald. in l. his consequenter. S. r. ff. fam. ercif. secunda lect. & ibidem F. orian. post Ricca. Malum. Bal. col. 436. testator instituit. col. 2. uolumine tertio, in antiq. & in l. r. in fin. C. in quib. caus. in integ. restit. sequitur Alex. in d. S. r. in addit. Bartoli. & in simili. casu Anch. consilio 275. ad fin. & 39 hoc idem cauetur in ipso statuto t ubi annullato contractu (dicit) ex eo. agi non posse, nec ius reddi per aliquem officialem communis Ferrariae, sed imputari debet ipsi Comiti, 40 t qui non cogitauit hunc casum facile contingere posse, quod Malmignatus non fieret ciuis intra annum, & sibi non prouidit, ut quod in talem casum domus ad ipsum Comitem rediret. l. qui bona S. cum inter, & l. in hac. ff. de da. infect. cum sim. per Alex. consi. 52. volum. 2. uol. 6. & Crau. consi. 97. nu. 4. Nunc ad secundam conditionem accedo, de non locando domum donatam, & dico eam non probari: nam quod attinet ad instrumentum locationis factae per uxorem Malmignati, inhærendo (ut illa dixit) licentiæ sibi orete nus datæ per eum de illam locando, illa uerba 41 fuerunt enunciativa, t cum non stent per se nec consistit uoluntas in eis, sed in aliud transeunt, nec sunt principale uerbum orationis, ut declarat Bald. in l. 1. C. de fals. cau. adiect. leg. columna secunda, uerf. quero quid. & in auet. ei qui. C. de boni. aut. iud. possi. Socin. consilio. 228. columna prima, uolumine secundo, 42 Paris. consi. 77. nu. 34. uol. 3. At uerba t enuntiativa non probant, quoties principaliter reuocatur in dubium, quod in eis enuntiat, etiã inter easdem partes, necdum inter alias, ut in casu nostro, ut uoluit Butrii, in c. illud. de praesum. Matef. notab. 79. Bald. in l. ad probationem. in fine C. loc. Alexan. conf. 136. colum. si. uol. 1. & conf. 202. super causa & lite. col. 2. uol. 2. Abb. conf. 33. col. penult. uolum. 2. Dec. consi. 213. col. fin. conf. 310. num. 5. Do. meus Rimi. conf. 82. num. 18. & conf. 89. num. 24. Rui. col.

167. num. 25. uol. 1. & conf. 44. num. 6. uol. 5. sed nec dictam licentiam uxori datam probant testes, immo dicunt, id locare, sed tantum quod eos requisit, ut eam locarent, sed conditio siue pactum non dicit, quod si uoluerit Malmignatus eam locare, priuatur ea, sed si eam locauerit, ergo non debet t extendi. l. quicquid astringend. ff. de uer. oblig. Præterea dicti testes sunt proxenetæ, ut ipsi fatentur, t qui non solent admitti, nisi utraque parte uolente, & primus eorum d. domum locari fecit, ut ille dicit, ergo pariter repelli debent, postquam Camera non consensit eos recipi, ut per Croc. in tract. de test. num. 176. post Lanfr. in c. quonia contra. uer. testium receptiones. de probat. Et ex his Camera uenit absolueda.

Hippoly. Riminaldi Ferrar.

Pro Illustrissimo & Reuerendissimo Cardinale Urbini Archiepiscopo Ra uennæ.

ARGUMENTVM.

Ex conductione fructuum decimalium ad horreum Ecclesie licet in dubio non arguatur fundus, unde debetur, esse iuris illius Ecclesie, secus tamen est si ex aliis constet, ut si in comitatu extra consuetudo, quod d. fructus non conducantur per Dominos predictorum ad horrea, uel areas ecclesiarum.

- 1 Non ualeat consequentia, Decima conducitur debet expensis si uentis ad horreum, ergo fundus, ex quo illa debetur, est iuris ecclesie, cui debetur decima. Quod declaratur, nu. 9. & seqq.
2 Decima de iure conducitur debent per earum debitorum ad horrea ecclesiarum, fallit stante consuetudine contraria. 13.
3 Antiquum dicitur, quod est centum annorum.
4 Enumeratiua uerba in antiquis probant. Huius ratio redditur nu. 5.
5 Verba ita tamen, habent uim limitationis.
6 Exceptio seu limitatio confirmat regulam in casibus non exceptis.
7 Dispositioni l. prime. C. de iure emphit. requirenti scripturam in emphiteusi consuetudine derogatum est.
8 Verba non debent esse superflua, nec apposita sine uirtute operandi.
9 Si locator promissa non expellere conductorem durante tempore locationis, non poterit eum expellere, licet ei superueniret necessitas habitandi domum.
10 Vasallus potest alteri feudum subinfeudare. Fallit si est appositum pactum de non alienando. ibidem. Consuetudo.

Consuetudo generalis, & notoria probatione non indiget. Immo si uiget in loca iudicij non est necessaria eius allegatio.

- 16 Prædica in districtu Ferrariae, que soluent decimam conductam ad horreum, sunt conducticia.
17 Informationes debent sumi non obstante publicatione. In peritis cessat timor subornationis. 18.
19 Iudex in plenarijs potest interrogare post conclusionem in causa. Item se informare. nu. 20.

CONSILIVM. CCXXV.

Auxilium meum à Domino.

IN dubijs, quæ proponuntur ad uersus Reuerendissimum D. Archiepiscopum Ra uennæ, dicitur non ualere consequentiam, t si decima, quæ debetur, conducti debet expensis soluentis ad horreum Archiepiscopatus, ergo fundus, ex quo illa debetur, est iuris dicti Archiepiscopatus: quoniam aliàs sequeretur, omnes terras mundi esse obnoxias ecclesijs, quibus decima t soluuntur, cum de iure conducitur debeant per earum debitores ad horrea dictarum ecclesiarum, ut est Gl. not. in c. reuertimini. 16. q. 1. & in c. 1. 16. q. 7. quas allegat & sequitur, Abb. in c. ex parte. secundo, nu. 5. de decim. Speculat. in tit. de decim. ad fi. Veronens. de ser. urb. præd. cap. 7. 2. Imol. Rom. & Alex. in l. stipulatio ista. S. si quis dolum. ff. de uerbo. obliga. Iason. in l. 2. num. 92. uerf. & in dictis dotis. C. de iur. emphit. & Ale. resp. 22. qui citantur in dubijs, merito concluditur textibus diffinientibus dici conuentionalem quando conducitur ad horrea Domini expensis soluentis eam, non esse deferendum uelut ignorantibus, quid dicant, quique se inuoluunt sibi que contrariantur. Ego uerò puto, quod Casale, de quo contēditur, dicatur esse iuris Archiepiscopatus Ra uennæ, prout in prima sententia fuit iudicatum, & propterea illam confirmari debere. Moueor ex inuestitura satis antiqua de anno. 1393. in qua Reuerendissimus tunc Do. Episcopus Ra uennæ inuestiuit Illustrissimum D. Marchionem Albertum Estensem de quampluribus rebus distinctis, & specificatis positus in fundo Villæ Maderii iuris & proprietatis sanctæ Ra uennatenensis Ecclesie, de quibus aliàs inuestitus fuerat Galeatus Rigeri, & propter eius rebellionem deuoluit fuerant ad Ecclesiam Ra uennæ. Deinde in super eundem Marchionem inuestiuit de omnibus & singulis redditibus & fructibus debendis tam iure decimi, septimi, sexti, & quarti spectantis ad dictum Archiepiscopum, eiusque successores, & ecclesiam Ra uennæ, pro quibuscunque &

possessionibus & rebus immobilibus iuris & proprietatis sanctæ Ra uennatenensis Ecclesie, casamentiuis, arratoriis, uineatis & pratiuis positus in dicta Villa, & fundo Maderii, iuxta quoscunque suos confines, & per quoscunque debeantur personas pro ipsis possessionibus, & rebus immobilibus, & petiis terrarum, quas & quæ tenent ab ecclesia Ra uennæ, tam iure li uelli, quam iure emphiteutico. Ita tamē quod præsens inuestitura non uindictet locum in instrumentis particularibus inuestitionum ipsarum rerum & bonorum, que sic tenentur, & in futurum tenebuntur per d. personas, uel successores, sed penes d. Archiepiscopum, & eius successores remaneant cum auctoritate renouandi, inuestiendi, & ut latius ibidem dicitur.

Pondero in primis, quod dicta inuestitura iam centum, & octoginta annis celebrata fuit & ob id indubitanter sumus t in antiquis, ut per Innoc. & alios in c. ueniens. de uerbo. sign. qui loquuntur de tempore centum annorum, cum istud sit tempus logeue uitæ hominis. l. si C. de sacrosanct. Eccl. & hoc communiter tenent restantur Alex. & Iason in l. cum aliquis. C. de iur. delib. Dec. conf. 13. col. 6. decif. Neapo. 245. col. 3. Boer. decif. 39. colum. 4. & Crauet. in tract. de antiq. temp. in princi. Unde cum Re uerendissimus ille Cardinalis & Archiepiscopus dicat, & affirmet illas terras tam specificatas, quam in genere sumptas, & comprehensas esse iuris, & proprietatis Ecclesie Ra uennæ, dicta uerba t licet enuntiativa, super quibus eius fundabatur intentio, probant sic esse, & eis standum est etiam in praeiudicium tertii propter antiquitatem, ut ponit Cor. col. 312. colum. 5. uol. 1. Soc. conf. 266. col. 11. uerf. ad secundum responderet. uol. 2. & Crau. in d. tract. de antiq. temp. in prima par. nu. 33. & ante prædictos fuit doctrina Butrii in c. fin. col. 5. uerf. de secundo principali. de success. ab intest. & Abbatis in c. super eo. secundo not. de paro. Ratione t motus: quia in istis factis anti quis non potest haberi probatio necessariò concludens, ideo admittitur præsumptiua. iux. not. in l. si arbiter. ff. de probat. Idem que tenet Ioan. Andr. in reg. sine culpa, in mercur. quem refert & sequitur Alex. alia deducens in consi. 90. uol. 6. & abundè las. conf. 65. uol. 3. demum que Natta conf. 283. num. 8.

Secundò pōdero, q. Archiepiscopus primò locutus fuit de pluribus rebus specificatis, de quibus fuerat inuestitus ille Galeatus, secundò de alijs quibuscunque non specificatis, sed in genere positus in d. Villa Maderii, quas omnes concessit dicto Marchioni, postea sibi reserua uit aliàs in instrumentis inuestitionum contentas, in quibus uoluit dictam inuestituram procedere, & ab ea illas limitauit, ut denotant illa uerba ita tamen, t quæ habent uim limitationis. ut p. Gul. & Ang. in l. nulla. ff. de leg. Alex. in l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. Rui. consi. 18. nu.